



Theodore  
Besterman

270



Ornephre parisiensis Religieux augustin véroit au 16<sup>e</sup> Siècle, il  
est né à Veron et mourut à Péterome en 1585. à 39 ans, sa  
grande Erudition le fit distinguer parmi les Savans de son  
Siècle - il nous a laissé plusieurs ouvrages - parmi les quels  
on distingue Abonson Aelorditium of abii corarii impetio  
ad maximilianum. II, commentarii de Republica romana  
santi et triumpho romani; et le present ouvrage de ludes  
circensibus. Il travailloit à une Histoire générale des papes  
lorsqu'il mourut - la meilleure édition de ludes circensibus est  
de padoue 1681. in 4<sup>o</sup>





**ONVPHRII  
PANVINII  
VERONENSIS,**  
DE LVDIS CIRCENSIBVS, LIBRI II.  
DE TRIVMPHIS, LIBER VNVS.  
Quibus vniversa ferè  
**ROMANORVM VETERVM**  
SACRA RITVSQ; DECLARANTVR,  
ac Figuris Aeneis Illustrantur.  
AD SERENISSIMAM  
**FRANCISCVM MARIAM**  
Secundum Urbini Ducem Sextum.  
*Cum rebus memorabilibus* *PROR. V.* *Indice copiosissimo.*



VENETIS Apud Iohannem Baptistam Ciottum  
Senesicem. M. D. C. C. Superiorum permissu.





SERENISSIMO  
PRINCIPI  
FRANCISCO MARIAE II.  
VRBANI DVCI SEXTO.

Ioannes Baptista Ciotus, Felicitatem:



LIBRUM Onuphrij Panuinij, viri doctissimi, manu scriptum, de Ludis Circensibus, quem mihi quædam prope diuina fors attulit, proximis his diebus edendum meo sumptu curavi, Serenissime Princeps: quod quidem opus, cū obscure vetustatis eruditam historiam contineat, multis ante sæculis desideratam, iure inter præcipuos illius auctoris partus referūt. Quamobrem in eam ego præcipuè curam, hac oblata facultate, totis uiribus incumbendum mihi duxi, vt huiusmodi antiquitas quàm fieri posset in lucem & conspectum hominum ornatiores exiret; vt qua diligentia auctor est vsus ad illam ex temporum iniuria, & Reipublice paucitatis erudam, non minorem ars & industria nostra ei restituisse in emittendo libro videretur. Itaque formis, ad vsum & speciem valde pulchris, vt opinor, eum imprimi, ac imaginibus in ære magnificè incisis, exornari iussi. Hac igitur de causa ex instituto, & consuetudine mea, locupletandæ pro uiribus, cum occasio inciderit, illius admirabilis Serenitatis Tuæ bibliothecæ, non dubitavi librum ipsum obseruantiam in Te meæ testem, mittere: qua in re, si non tenuitatem meam, sed scriptoris dignitatem, & excellens ingenium spectaueris, spero fore, vt non postremum in celebri tuo Musæo locum ei concedas: non enim ex aliorum opinione, ac iudicio, vt ceteri, sed per te ipsum, & proprijs ingenij uiribus, potes aliorum scripta comprobare, singulorumque menta perpendere; Itaque literę, quæ ex Principum hoc tempore pectoribus aufugerunt, literati que homines, & ij, qui literatis libros magno labore sumptuque comparant, Tuæ Celsitudinis auctoritate, gratia, & patrocinio nituntur. Vale.

\* 2




ERRATA

1777

IN

1777

1777



Main body of text, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to the quality of the scan and the nature of bleed-through.







# ONVPHRII PANVINII

VERONENSIS.

IN LIBROS DE LVDIS  
CIRCENSIBVS.



P R A E F A T I O.



VLTI praeclaro ingenio, & doctrina praediti viri, Romanae Historiae praestantia & pulchritudine accensi; eam terris diu incognitam, & temporum iniuria exterminatam, in pristinum decus & splendorem, nostris temporibus, quasi postliminio reuocare aggressi sunt. Qui eius dignitatem & eximiam excellentiam admirati, varias eius parteis, quae penitus exoleuerant, ut vniuscuiusque ingenij vis fuit, ex ijs quae supersunt veterum scriptorum monumentis, constituerunt. Quum alij vrbis Topographiam,

alij antiqua iura, alij leges, alij comitia, alij senatum, alij factos magistratum, alij familias, alij imperium, alij demum alia eiusdem quasi corporis membra, doctissimis lucubrationibus & commentarijs, intra hoc decennium complexi, ad huius disciplinae praestantiam excolendam omnium hominum studia excitauerunt.

Haec ego, qui ab ineunte aetate, acri naturae impulsu, hisce ornatissimis studijs impensè operam dedi, contemplatus, ne quid ad perfectam totius Historiae Romanae cognitionem, deesset, summa indutria maximam, & nobilissimam eiusdem Historiae partem, à nemine haecenus, quod sciam, tractatam, quamquam obscuram & difficilem, post factorum, magistratum, vrbis Topographiae, & Reipublicae Imperijque Romani explicationem, litteris mandare constitui. Ea est vniuersa antiquae religionis, vel (ut rectius dicam) superstitionis, falsorumque Deorum cultus, ritus, & caeremoniarum ratio. Ex cuius rei cognitione, multa nobis utilia hauriri posse, haud difficile demonstrari potest. Primum enim quantis errorum tenebris, quam prodigiosae superstitionis inuolucris, genus humanum diabolica fraude diu inuolutum, & detentum fuerit, cognoscemus. Hinc maximum D. N. Iesu Christi beneficium animo complectemur, qui sanctissimae doctrinae lumine tetram errorum caliginem, quae mentibus nostris infederat, disiecit; & certissimum dei cultum, cuius cognitio ita obscura erat, ut aliquando an deus esset, in controuersiam reuocatum fuerit, mortalibus aperuit: quo & viuentes felicissimi, & vita functi perpetuò in aeternis coeli sedibus beatissimi essemus. Ad haec cognitu erit facile, quod etiam D. Augustinus Libro de Ciuitate Dei v. cap. XII. & xv. scri-

ptum reliquit, veteres Romanos quanquam falsa religione implicitos, multa tamen ex fluxis & caducis huius mundi bonis, vt diuitias, opes, tor de hostibus victorias, & Imperium denique Orbis terrarum, non ob aliam praecipue causam à deo adeptos esse, quam quod virtutes, bonos mores, ritus, & caeremonias suas, etsi falsas & superstitiosas, accuratissime tamen, & sanctissime coluerint. Quibus rebus aestimare poterimus, quae nos rectae fidei & religionis cultores à Deo impetrare possemus, si re ipsa praestaremus, quae aliquando verbis tantum profitemur. Latinae demum linguae, & veteris Romanae Historiae studiosis, quos multos in tota Europa esse scio, qui in eius disciplina studium & operam collocant, utilissimam eiusmodi tractationem futuram esse opinor, quae propter eius amplitudinem, & multarum rerum cognitu dignarum comprehensionem, infinita paene antiquorum auctorum loca, uel deprauata, uel obscura aperiet & illustrabit; & praescae Romanae Historiae, quae hac in parte penitus obsoleuerat, magnam lucem adferet: praesertim quum scriptioni multa vetusta marmorea & aerea monumenta, Typis aeneis excusa, quae sacerdotum, sacrificiorum, ludorum, & aedificiorum publicorum formas ostendent, adiunxerim. Vniuersam porro veterem religionem scite & breuissimè primo Saturnalium libro exponit Macrobius: Festis (inquit) diebus, qui Dijs dicati sunt, insunt sacrificia, epulae, ludi, feriae. Sacra enim celebritas est, vel quum sacrificia Dijs offeruntur, vel quum Dijs: diuinis epulationibus celebratur, vel quum Ludi in honorem aguntur Deorum, vel quum feriae obseruantur. ita ille. Vetus igitur omnis religio quattuor potissimum rebus Sacrificijs, Epulis, Ludis, & Ferijs constat. Sacrificia, quibus Auguria, Haruspicinam, Sortes, Diuinationem, de coelo obseruationem, & alia eiusmodi adiunxi; item epulas, alijs commentarijs expediam. Quae nuncin promptu habeo, de Ludis primum, mox de ferijs adferam.

# S V M M A S I N G V L O R V M

## C A P I T V M H V I V S O P E R I S.

<b>V</b> ex antiquis scriptoribus eiusmodi argumentum tractarunt. Cap. I. pag. 1	
Ludorum Etymologia, origo, & genera. Cap. II. pag. 2	
Ludorum qui postea Circenses dicti sunt, origo, varia nomina, et eorundem etymologia. Cap. III. 3	
Ludi magni, siue Romani, qui, & quare Circenses vocati; item Circi constitutio. Cap. IIII. 6	
De Circo Maximo, & eius principis partibus. Cap. V. 7	
De reliquis Circi partibus, & ornamentis aliquot, ac varijs Circensium mysterijs, significationibusq;. Cap. VI. 12	
Qui Circum Maximum restituerint, aut in eo ornando operam dederint. Cap. VII. 13	
De quibusdam Aedificijs, quae erant ad Circum Maximum. Cap. VIII. 14	
De cursu, prima Circensium spectaculorum parte: Item de vario curruum & equorum genere, ac mysteriorum aliquot Currulium significatione. Cap. IX. 15	
De agitatoribus, seu aurigis, & eorundem quatuor factionibus. Cap. X. 18	
De Aurigarum, siue agitatorum conditione. Cap. XI. 23	
Multi Imperatores enumerantur, qui aurigandi studium habuerunt. Cap. XII. 26	
De Equis Circensibus. Cap. XIII. 27	
De ratione currendi Ludis Circensibus, & cursus mysterijs, significationibusq;. Cap. XIV. pag. 32	
De varijs Circensium spectaculorum ministris. Cap. XV. 41	
De premijs victorum aurigarum, & Circensium. Cap. XVI. 43	
De reliquis Circi Religiosis sacrisq; ornamentis. Cap. XVII. 44	
De reliquis Urbis Circis; & primum de Flaminio. Cap. XVIII. 50	
De Circo Agonali. Cap. XIX. 53	
De Circo Salustij. Cap. XX. 53	
De Circo Florali. Cap. XXI. 54	

De Circo Vaticano. Cap. XXII. 54	
De Circo Neronis. Cap. XXIII. 54	
De Circo S. Sebastiani uia Appia. Ca. XXIIII. pag. 55	
De Circo Castrensi inter vias Campanam, & Labicanam. Cap. XXV. 56	
De alijs Circis extra urbem. Cap. XXVI. 56	
De Hippodromo, siue circo Constantinopolitano. Cap. XXVII. 56	

### LIBER SECVNDVS.

<b>D</b> E secundo Circensium ludico, scilicet certamine Gymnico, siue Athletico. Cap. I. pag. 61	
De Pompa, tertia Ludorum Circensium parte. Cap. II. 82	
De Venatione, quarto Circensium ludico. Cap. III. 92	
De Venatoribus. Cap. IIII. 103	
De Venationis modo. Cap. V. 103	
De Viuario. Cap. VI. 104	
De Viuarijs animalium. Cap. VII. 105	
Varia ad Venationes pertinentia. Cap. VIII. 105	
De Ludo Troiae, quinta Circensium parte. Cap. IX. 106	
De pugnis equestribus, & pedestribus, sexto Circensium ludico. Cap. X. 108	
De Nymachia in Circo aliquando facta. Cap. XI. 109	
De Ludis Scenicis aliquando in Circo factis. Cap. XII. 112	
De Circensium Praefectis. Cap. XIII. 113	
De Circensium spectaculorum horis. Ca. XIII. pag. 113	
Quas ob causas Ludi circenses fierent. C. XV. pag. 114	
Spectandi ratio. Cap. XVI. 114	
De Ludis Circensibus per diuersas ciuitates. Cap. XVII. 118	
Tempus quo unumquodq; Circensium Ludicrum fieri desit. Cap. XVIII. 119	
De Ludis antiquis, quorum hodie vestigia, siue potius umbrae aliquae supersunt. Cap. XIX. 120	




# INDEX RERVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A




<p><i>Driani laus.</i> 116  <i>Ædes Apollinis</i> 51  <i>Ædes Bellonæ</i> 52  <i>Ædes Castoris</i> 52  <i>Ædes Herculis</i> 52  <i>Ædes Iunonis &amp; Dianæ</i> 52  <i>Ædes Martis</i> 52  <i>Ædes Neptuni</i> 52  <i>Ædes Pietatis</i> 52  <i>Ædes Pulchri</i> 12  <i>Alba linea</i> 12  <i>Alba linea forte erat funiculus, vide Pollucem lib. ij.</i> 78  <i>Alia venatio Probi in Amphiteatro numer. ferarum.</i> 190  <i>Alexander.</i> 14  <i>Alia sententia de origine Circensium</i> 3  <i>Alludit Claudianus ad quadrigarum cursum in Circensibus.</i> 120  <i>Alludit ad funambulos</i> 121  <i>Alludit ad Nammachiam</i> 121  <i>Alludit ad pugiles</i> 121  <i>Alludit ad scænicos ludos</i> 121  <i>Alludit ad uenationes ferarum</i> 121  <i>Ampplissima uenatio</i> 99  <i>Animalia una uenatione edita</i> 100  <i>Auguis L. Cubitorii. Tigris mansuesacta. Rhinoceros. Hipopotamus. cccc. Vrsi. cccc. Africane.</i> 96  <i>Apparatus Gordiani iunioris</i> 48  <i>Ara Consi</i> 98  <i>Ara Neptuni</i> 52  <i>Athleta quid</i> 62  <i>Athletica quid.</i> 62  <i>Augustus</i> 13  <i>Aureliani Nammachia</i> 111  <i>Aurigarum industria, &amp; peritia in cursu</i> 34  <i>Aurige ignobiles</i> 23  <i>Aurige notii</i> 23  <i>Aurige agitantes</i> 18  <i>Augusti Caesaris uenationes</i> 96  <i>Augusti Nammachia</i> 110  <i>Augustus</i> 116</p>	<p><i>Caesaris Ædilis uenatio</i> 93  <i>Caesaris Nammachia</i> 110  <i>Castus</i> 70-78  <i>Chamulcis</i> 47  <i>Circenses Antiochia</i> 118  <i>Circenses Ludi unde</i> 6  <i>Circenses Mediolani.</i> 118  <i>Circenses scænici ludi</i> 2  <i>Circensia spectacula octo</i> 15  <i>Circensium origo</i> 3  <i>Circi area</i> 9  <i>Circi capacitas</i> 11  <i>Circi descriptio</i> 11  <i>Circi flaminij harena</i> 51  <i>Circi flaminij locus, &amp; magnitudo</i> 51  <i>Circi magnitudo.</i> 9  <i>Circi Maximi Topographia</i> 7  <i>Circi mentia, &amp; osia</i> 10  <i>Circi ostia</i> 12  <i>Circi Porticus</i> 10  <i>Circus</i> 8, 12  <i>Circus Apollinaris</i> 50  <i>Circus conditus</i> 6  <i>Circus Flaminius</i> 52  <i>Circus Flaminius à quo extructus</i> 50  <i>Circus Maximus</i> 8  <i>Claudius</i> 116  <i>Cn. Pompeius</i> 115  <i>Cn. Pompeij Cons. II. uenatio, &amp; ludi</i> 94  <i>Colores quatuor</i> 12  <i>Columna bellica</i> 52  <i>Columnæ</i> 48  <i>Commodi uenationes</i> 99  <i>Commodus Auriga</i> 26  <i>Constantinus</i> 116  <i>Consualia</i> 3  <i>Consualiorum institutio</i> 4  <i>Corollaria</i> 44  <i>Corona certantium</i> 77  <i>Crocodili xxxvi. in Circi Flaminij Euripo occisi.</i> 52  <i>Curatores uenationum.</i> 104  <i>Currendi ratio</i> 33  <i>Curricula septem, siue septies metæ circundebantur</i> 33  <i>Curricula xij. Græcorum</i> 34  <i>Cursum genera duo</i> 70  <i>Cursum mysteria</i> 69  <i>Currus</i> 17  <i>Cursus, &amp; cursores</i> 69  <i>Cursus primum certamen Circense</i> 15</p>
--	--

B




*Bigrarij* 18  
*Bige* 15  
*Bravij, uel palmæ locus* 34

C



*Caius Auriga* 26  
*C. Caligula* 116  
*C. Caligule Nammachia* 110  
*C. Cesar* 116  
*Caij sentitia in spectatores* 115  
*Caij Troia* 108  
*Caracalli sentitia* 115  
*Caij Venationes. cccc. Vrsi. cccc. feræ Africane.* 96  
*Cancelli Carcerum* 11  
*Caprio Leonum* 105  
*Caracallus, & Ceta Aurige.* 26  
*Carceres* 12  
*Carceres Circi* 10  
*Carceres quatuor* 12  
*Carini uenatio* 100  
*Carpenta Agrippina.* 89  
*Centum missus.* 33  
*Cæsar Dictator.* 15

D



*DE Athleta quid* 63  
*Decemuges.* 16  
*De Circensibus, & uenationibus sub Theodosio* 101  
*De Claudij uenationibus. Quatuor Tigris mansuesacta, Equi cum Camelis. cccc. Vrsi. cccc. Africane. Boe serpentes* 97  
*Delphini* 48  
*Delubrum Cn. Domitij* 53  
*Deorum Maiorum paruites* 87  
*De vrsis* 106  
*Dij Magni, Valentes, Potentes* 49  
*Dij Maiores* 86  
*Diocletiani uenationes* 100

Discus




I N D E X

<i>Difcus</i>	78	<i>Ludi à Lydis dicti</i>	Pag. 2
<i>Difcus</i>	76	<i>Ludi à quibus instituti</i>	2
<i>Diffinitio ordinum in Circo</i>	9	<i>Ludi Germanici. cc. Leones. cdxx Pantheræ</i>	96
<i>Domitiani Naumachia</i>	111	<i>Ludi L. Domitij</i>	96
<i>Domitiani Pugna</i>	109	<i>Ludi magnificentissimi</i>	94
<i>Domitiani venationes</i>	98	<i>Ludi magni, siue Romani, Conſualia, Equiria, Megaleſia, &amp; Cerealia uocati</i>	114
<i>Domitianus</i>	13	<i>Ludi magni, siue Romani vn de L.M. Lucullorum edil. venatio, cum Tauris Elephanti.</i>	93
<i>E</i>			
<i>Effigies Circenſes Auguſti, Livia, &amp; Antonia</i>	89	<i>Ludi Romani magnificentissimi</i>	100
<i>Effigies Germanici</i>	89	<i>Ludorum cauſe</i>	114
<i>Elagabalus Auriga</i>	26	<i>Ludorum Circenſum diuiſio</i>	114
<i>Elephanti in Circo</i>	115	<i>Ludorum genera</i>	2
<i>Equi Circenſes</i>	27	<i>Ludorum origo</i>	2
<i>Equi deſultorij</i>	17	<i>Ludus Troie Teſtacij diſtus.</i>	120
<i>Equiria</i>	5	<i>M</i>	
<i>Equi ſingulares</i>	17	<i>Magiſtratum nomina</i>	90
<i>Equorum nomina, atque colores</i>	30	<i>M. Scauri edilis venatio, Leones, Elephanti, Viſi, Pardi, Cocodrilli v. Hippopotamus</i>	94
<i>Euripus</i>	13	<i>Martus</i>	116
<i>F</i>			
<i>Factiones duæ</i>	13	<i>Marcus</i>	14
<i>Factionum, &amp; gregum Domini</i>	24	<i>Mater magna</i>	48
<i>Factiones, &amp; greges aurigarum</i>	24	<i>Maronarum honor</i>	114
<i>Factiones quatuor</i>	18	<i>Maximus</i>	8
<i>Factiones ſex, Aurata, Purpureæ</i>	22	<i>Meretrices ad Circum</i>	14
<i>Ferculum</i>	88	<i>Metarum oua</i>	33
<i>Ferarum ſagina</i>	105	<i>Metæ</i>	32
<i>Fera Aureliani Imperatoris</i>	100	<i>Miſſus</i>	33
<i>Fera occiſe</i>	97	<i>Miſſus xxv ararius</i>	35
<i>Finis pompæ</i>	91	<i>Miſſus xxv antiquitus</i>	35
<i>Flamines</i>	89	<i>Miſſus xxxiii quotidiani</i>	35
<i>Femina pugiles</i>	77	<i>Mitres, alias Mitres</i>	45
<i>G</i>			
<i>Alieni venationes</i>	99	<i>Mionone, alias Mneuidis</i>	45
<i>Gladiatorum munus</i>	2	<i>Moeniana</i>	36
<i>Gordiani iunioris venationes</i>	99	<i>Murcia delubrum</i>	48
<i>Gordiani ſenioris venationes D. Gladiatorum paria. Fera</i>	99	<i>Murciae.</i>	48
<i>Lybica c. Viſi</i>	99	<i>N</i>	
<i>Gradus</i>	10	<i>Naumachia</i>	119
<i>Gymnaſiorum partes</i>	68	<i>Naumachia Claudij</i>	111
<i>Gymnaſium quid</i>	66	<i>Naumachia quid</i>	109
<i>Gymnaſium</i>	66	<i>Naumachiarum conditores</i>	109
<i>Gymnaſtica quid</i>	62	<i>Nero</i>	116
<i>Gymnica quid</i>	62	<i>Nero Auriga</i>	26
<i>Gymnice inuentor Romæ L. Priſc. Re.æ</i>	62	<i>Neronis Naumachia</i>	110
<i>Gymnicum certamen quid</i>	62	<i>Neronis Troia</i>	108
<i>Gymnicum certamen quotuplex</i>	69	<i>Neronis Pugna</i>	109
<i>Gymnaſium quid</i>	62	<i>Neronis venationes. Homines cum tauris</i>	97
<i>H</i>			
<i>Arena</i>	68	<i>Nobiles aurigæ</i>	23
<i>Hadriani venationes c. Fera. c. Leones.</i>	14	<i>O</i>	
<i>Herculis templum</i>	12	<i>Obeliſcorum inuentor</i>	45
<i>Hermuli funes.</i>	12	<i>Obeliſcus Circi maior</i>	44
<i>I</i>			
<i>Iactus</i>	78	<i>Obeliſcus Circi maximi</i>	46
<i>Iactus</i>	76	<i>Obeliſcus Circi minor.</i>	45
<i>Imp. preſeſti ludis</i>	113	<i>Obeliſcus quid</i>	45
<i>Inciſus equus Caij</i>	28	<i>Officina Circi</i>	10
<i>Iouis ſtatoris delubrum</i>	52	<i>Origo Ludi Troiæ</i>	106
<i>Inuentus templum</i>	14	<i>Origo ſaltationis</i>	84
<i>L</i>			
<i>Eges de venationibus</i>	101	<i>Oua Caſtoris</i>	49
<i>Locus brauiorum</i>	49	<i>Oua &amp; delphini curriculum inſigna</i>	35
<i>Locus Circi maximi vallis Murcia diſtus</i>	7	<i>P</i>	
<i>Locus deprauatus</i>	4	<i>Alme</i>	43
<i>Luctatio ſiue paleſtrica</i>	74	<i>Panegyris</i>	51
<i>L. Domitij edil. venatio. c. Viſi Numid. c. venatores</i>	93	<i>Pancratiæſtes</i>	76
<i>L. Domitius Auriga</i>	26	<i>Pancratiæſtes quid</i>	76
<i>L. Perus Auriga</i>	26	<i>Pancratiſtes quid</i>	69
<i>Ludi à Ludo</i>	2	<i>Pancratiſtium</i>	78
		<i>Pecunia</i>	49
		<i>Pentathlus</i>	76
		<i>Periodo Viſtor</i>	76
		<i>Pertinax Continodi</i>	28


# I N D E X

Philippi venationes ludis secularibus	99	Sedilia Circi	9
Pij venationes & Leones	98	Sedilia Circi diuisa	9
Plebs in Circo	117	Seinges	16
Pollentia	49	Senatores auriga	23
Pompa Circensis virga	82	S. C. contra seras, & venationes	92
Pompa dies	83	Septeminges	16
Pompa ordo, & via	83	sete	48
I Magistratus summus, Pompe ductor	83	Seueri venationes	29
II Iuuenes Romani	83	Signum	49
III Currus, & equi	83	Simulacra Fortuna & victoria	49
IV Athleta	83	Simulacrum Marcelli	89
V Saltatio armata, eius origo & ritus; Tres saltantium	83	Solis delubrum, & effigies	45
chori, Viri, Imberbes, Pueri.	83	Sotiris, alias Soclis	45
VI Satyrica saltatio	85	Spina	32
VII Tibicines	85	Stabula quatuor factionum	22
VIII Ministri facorum minores	86	Stadium quid	64
IX Ministri facorum maiores	86	Statua Britannici	89
X Simulacra & Tensa Decorum cuius ipsorum insignibus	86	Statua Faustinae	89
XI Armamaxi	89	Stadium populi in Nigrum	115
XII Sacerdotes	89	Sulla pratoris venatio & leones	93
Pompa praefecti	90	Surculus oleae	49
Pompa ritus	83	<b>T</b>	
Porta Carmentalis	51	Tauri	96
Porticus duplex in O. Flauij	53	Templum Veneris Genitricis	94
Premia aurei, Palmae, Coronae	43, & 44	Templum Brutii Collaici	52
Premia Aurigarum	30	Tensa Caesaris	88
Prima venatio Elephantorum cxlii	92	Tense	87
Probi venatio magna	100	Tensa Iouis	83
P. Nasica & P. Lentuli lxiii Africanae. xl. Vrsi, & Elephanti	93	Tredecim currus & equi	94
Pugiles	70	Theatrum primum	62
Pugna cum xx Elephantis	94	Thermae	13
Pugna hominum D & Elephantorum xx. turriti Elephanti cum D pedibus. Leones cccc. Camelopardalis, alis Nabis	95	Tyberius Casar	96
Pugna Augusti	109	Tigris mansuetacta	97
Pugna equestris & pedestris	119	Titi venationes: v millia Ferae occise	32
Pynhica saltatio quid	84	T. Martis	38
Pynhica alias armata	44	T. Mineruae	38
Pyrropus.	18	T. Neptuni	38
<b>Q</b>		Traiani venationes: x millia bestiarum caesa. c leones.	98
Quadrigarij	16	Tribuni plebis	116
Quadrige	93	Troia Augusti	107
Quando Elephantorum in Circo pugna	119	Troia Caesaris	107
Quando pompa desijt	93	Traianus	13
Quando primum Elephanti in Italia	119	Tutellinae.	48
Quando venationes fieri desierint	22	<b>V</b>	
Quatuor factionum mysteria	114	Varia Circensium praefectorum nomina	113
Qui coronati spectabant Ludos	76	Venationes & ludi Caesaris Dictatoris	93
Qui signum Circensibus dederint	35	Venatio M. F. Nobilioris	93
Q. Marci venatio quando primum plures leones in Circo pugnarunt	93	Venationum tempus	105
Quot animalia currant hodie Romae, & alibi	120	Venatores bestiarum	103
<b>R</b>		Veneris & Sumani templa	14
Ratio venandi	103	Venatio Aedilium Curul	93
Regio Urbis ix	52	Versus procleumaticus	84
Reliqua spectacula quando abolita	119	Vinarium quid & vbi	104
Rogatio pro seris & venationibus.	92	Vomitoria	115
<b>S</b>		Victorie tres	49
Sacerdotum nomina	89	Vitellius auriga	26
Saltus	76	Volucer L. Lelij.	38
		<b>X</b>	
		Xystum vel Arena quid	67
		Xystus quid.	66

F I N I S.



BIBLIOPOLA  
LECTORI BENIGNO S.



Et, ut quàm emendatissima, pro dignitate operis, prodiret Editio, à Viro doctissimo simul & oculatissimo, cui ea Prouincia demandata fuit, est allaboratum: Sed vel exscriptorum oscitantia, vel concinnatorum imperitia, vel, ut rem acu tangam, quod aiunt, ipsius Typographiæ fato, omnino ineluctabili, accidit, ut mendavitiæque irreperint quàmplurimula: Quibus repurgandis, non tam industria nostra, quàm humanitate tua hic opus esse video.

lector Rerum Romanarum studiose: ea ipsa, inquam, & Tabulæ huius indicio comprehensa restitui: & si quæ (agnosco certè plurima, eaq; nec leuia) vel animadversionem nostram, vel properantiam importuniorum effugerint, benignè candideque cupio à te instaurari: Vno etiam præmonito, dictiones vno loco notatas, pro, vbi cunq; inciderint, correctis haberi: ut & in diphthongis neglectis & litera perperam duplicata, vitioseue intrusa aut omissa multis locis vltu veniet: Commatum præterea myriades, aduerbiorum accentuationes, & huiusmodi minuta, consultò, nè nimis excreceret hæc Tabella, omittas, excusare, non culpare, dignabere. In Textu porò Authoris, viri doctissimi & de bonis omnibus optimè meriti, quidpiam immutari, etiam si, fortè, potuisset, autographum religiosè secuti, non sumus passi: Criticè .n. idest anxie & morosè versari in hoc scripti genere, quod res ipsas exhibet, non verba expendit, minimè visum est oportunum.



**Ordo, & series Figurarum Ænearum in Opere  
nouo de Ludis Circensibus, &  
de Triumpho.**



2	B	Circi Maximi Topographia in Valle Murcia inter Montes Palat. Auent. & Coelium.	pag.7
3	C	Figura Urbis Romæ per regiones.	pag.7
4	.	Ichnographia Circi Max. & Palatij.	9
5	D	Figura Cupidinum aurigantium diuersis animalibus.	11
6	E	Sex Nomismatum Circos exprimentium Tabellæ	12
7	F	Lusus Puerilis Circensibus Ludicis figura	15
8	GG	Binæ aurigationes Circenses.	18
9	H	Sex Nomismata cum aurigis.	26
10	I	Sex Nomismata Circorum spinas referentium.	32
11	K	Sex Nomismata cum Metis alijsq; ornamentis.	33
12	L	Figura Quatuor Agitatorum, Polyphemo excusso.	41
13	L	Circus Lateritius Fulginensis.	41
15	M	Circus Max. exædificatus & ornatus.	49
16	N	Circi Max. ruina & rudera, quæ hoc æuo.	50
17	O	Sex Tabellæ Circorum è Nomismatibus.	50
18	P	Figura Circi Caracallæ integri cum Ichnographiâ.	56
19	Q	Circi Caracal. seu Castrensis diruti Figura.	56
20	R	Hippodromus Constantinopolitanus.	61
21	S	Sex Nomismata cum Ludicis Circi	62
22	.	Circi Max. cum quinque Ludicis Figura.	62
24	.	Tensarum, & Carpentorum Matronalium Figure è Nomismatib.	87
25	V	Pompæ Circensis pars prior.	89
26	X	Pompæ Circensis pars altera.	89
27	Y	Sacrificij in Circensibus Ludis ritus.	90
28	Z	Theatri delineatio cum Androdo & Leone.	102
30	Bb	Naumachiæ Typus.	111
31	.	Amphitheatra sex è Nomismatibus.	114

**De Triumpho.**

32.33.34.35.	Pauli Macedonici Triumphus figuræ quatuor characteribus suis distinctæ.	pag.1
36	Columnæ rostratæ C. Duillij Figura.	pag.2





**ONVPHRII  
PANVINII  
VERONENSIS  
DE LVDIS CIRCENSIBVS,**

**Liber Primus.**

*nouvelles Remarques sur le Stade d'Olympie  
comparé aux cirques de Rome - par le V. Acad.  
de l'inscrip. et Bel. Let. Tom. IX. P. 27.*



**QVI EX ANTIQVIS SCRIPTORIBVS EIVSMODI ARGV-  
mentum tractarint. Cap. I.**

**C**



**D**E SPECTACVLIS, & certaminibus Romanorum Sinium Capitonem Libros aliquot, Duos verò Suetonium Tranquillum scripsisse Lactantius Libro vj. cap. xx. & Suidas auctores sunt. M. Varro ante eum, in Libris rerum Diuinarum, de Circensibus, Theatralibus, & Scenicis Ludis, originèq; ipsorum; item de Ferijs Commentaria scripsit, vt D. August. libr. vj. cap. iij. de Ciuitate Dei; & Censorinus de Die Natali cap. vj. qui eosdem Varronis libros citant, tradunt. Què si haberemus, aut huic nostro labori consultum,

*Sinius  
Capito.  
Suetonius  
Tranquillus.  
M. Varro*

aut locupletior huius argumenti materia nobis esset. Sed & Q. Septimius Tertullianus, librum de Spectaculis; item D. Cyprianus breuem Tractatum edidit. Quibus ea improbant, singulas ipsorum partes enumerant, eorundem turpitudines, flagitia, & pericula, recensent, Demonum cultum, & Idolatriam meram esse ostendunt, vt illorum temporum rudes Christianos, ijs nimis assuetos, & intentos, ab illorum uisu, & vanitate arcerent, & ad purè Religionis cultum omnino reuocarent. Quorum Commentarijs multum me profecisse fateor. Nec parum adiutus sum Isydori Ety-mologiarũ libro xvij. Epistolis aliquot Cassiodori, & Sidonij Apollinaris Panegyrico de Laudibus Narbonæ ad Cosentium. Qui ex instituto Circensis & Scenicis Ludos tractarunt. Ab ijs præcipuè, & alijs Latinis Græcisq; scriptoribus, Dione potissimum, Tranquillo, & Polluce, quorum loca opportuna figillatim afferam, ea quæ de Ludis scribere constitui, magna ex parte excepi. Quibus veterum marmorearum tabularum præclara adiumenta addens, hæc volumina edidi, & ante omnia de Circensibus opus, Libris duobus digessi. Quorum primo, Ludorum Circensium origi-

*Tertullianus.  
D. Cyprianus.*

*Isidorus.  
Cassiodorus.  
Sidonius  
Apollinaris.*

**A nem**

## DE LVDIS CIRCENSIBVS;

nem, Circi Maximi, Topographiam & ornamenta; item currendi modum; Secundo et alia Circensia Spectacula, cum ijs quæ huic argumento consentanea sunt, & reliquorum Circorum descriptionem comprehendi.

### LV DORVM ETYMOLOGIA ORIGO, ET GENERA. Cap. II.

*Ludi à Lydis dicitur. Ludi à quibus instituti.*

**D**

E Ludorum etymo & origine, variè antiqui auctores prodidere. Timæus Siculus in Commentarijs, Ludos a Lydis dictos putat, qui ex Asia Tyrheno duce (is regni partem quæ ei obtigerat fratri Lydo concesserat) in Hetruriam concederet, inter cetera sacra, Ludorum etiam Spectacula non voluptatis, sed religionis nomine (vt Lilius, Valerius, & D. Augustinus tradunt) instituerunt, quæ Deorum sacrificijs postmodum adiunxere. Neque enim deinceps Ludi sine re sacra, hostiarum oblatione, odorum suffimentis, solenni supplicatione & carmine facti sunt, quum Ludi non nisi adiunctis sacrificijs fierent. Et quemadmodum ob diuersorum Deorum uenerationem celebrabantur, ita diuersa uictimarum genera habebant. In Ludis enim Ioui, Neptuno, & Apollini exhibitis, Tauri albi; Iunoni eiusdem coloris Vaccæ; Telluri Scrofæ; Particis, Agnæ, & Capræ furæ; Plutoni, & Proserpinæ Tauri, & Vaccæ nigrae; & alijs Dijs alia atque alia hostiarum genera diuersis ritibus, & cæremonijs à veteribus imolabantur. Demum quum Romani, ex Hetruria peritissimos Ludorum artifices, Ludiones & Histrones, ut Romæ Spectacula ederent, euocassent, ea ab auctoribus Lydis, Lydos primum, deinde mutata more Romano littera Y in V Ludos appellauerunt.

*Ludi à ludo.*

At M. Varro Ludos à verbo ludo, id est lusu denominatos arbitratur, quod in Ludis ludendo per Urbem iuuenes nudi cursitarent.

*Ludorum origo.*

Ludos porro à Græcis, Latinos, & Hetruscos, vt multos alios ritus fuisse mutatos, atque ab his ad Romanos fluxisse, aliquot etiam vsque à Troiæ excidio Aeneam in Italiam attulisse, veteres auctores, inter quos est Dionysius Halicarnassæus lib. i. prodidere.

*Ludorum genera.*

*Circenses Scenici Ludi. Gladiatorum nomen.*

Ludorum autem multa genera fuisse non est dubium. Nam Græci sua ludicra, Latini, & Romani sua etiam habuere. De Græcorum Spectaculis alio libro disputabo, hisce enim Commentarijs de Romanorum tantum Ludis institutus mihi sermo est, apud quos uetusta Latinorum Græcorumque monumenta accuratè contemplans, duo tantum fuisse præcipua genera obseruaui, Circensium scilicet, qui à Circo; & Scenicorum, vel Theatralium, qui à Scena vel Theatro appellationem sumpsere: nam gladiatorum Spectacula non Ludi, sed munera dicebantur. Quod si quis eorum quæ dixi auctorem requirat, is M. Tullium habebit, qui libro secundo de Legibus, vniuersam Ludorum Romanorum rationem breuissime sic exponit: *Iam Ludi publici quum sint Cauea, Circoque diuisi; sint corporum certiones, cursu, & pugillatione, luctatione, curriculisque equorum usque ad certam victoriam Circo constitutis; Cauea cantu, voce, ac fidibus, & tibijs, dummodo ea moderata sint, vt lege perscribitur. Quibus verbis omnem Circi apparatus, & Scenæ artem, & eorundem partes peritissimè describit: vtriusque enim Ludorum generis multæ erant species. At de arte Scenica, & eius partibus, disputatione in alia Volumina remissa, Circensium Ludicrorum, de quibus hisce libris tractare constitui, originem, uaria nomina, eorum etymologiam, & diuersa genera, Circi item descriptionem expediám.*

2





NAVMACHIAE IDEST NAVALIS PVGNAE

Ex vetustis lapidum & nummorum monumentis, grafica deformatio  
Cum privilegio Pontificis, Caesaris, Regum, Senatus Veneti,  
& Ducum.





ONVPHRII·PANVINII·VERONENSIS·  
AVCTORIS

Impensa & aeneis typis Venetijs Anno Salutis Christianae.  
OO B LXXX GroXIII papa Romano







LVDORVM QVI POSTEA CIRCENSES DICTI SVNT,  
origo, varia nomina, & eorundem etymologia. Cap. III.



VDOS igitur, quos antiquissimi Romani Consuales, posteriores verò Circenses appellauerunt, primus apud Eudem Arcadam oppidum; Deorum monitu Elhorum Rex Oenomaus (de quo Plutarchus in Problematibus) & Pelops Tantali Phrygum Regis, & Tagyete filius, eiusmodi ob causam instituisse traduntur. Quum Oenomaus Pisæ Rex ab

*Circensiu  
origo.*

Oraculo didicisset, se tunc moriturum, quum ipsius filia nupsisset, multis illam petentibus, proposuit certamen, quo victus interficeretur, victor filiam duceret uxorem: Curule autem ad Neptuni aram in Isthmo Corinthiaco certamen instituit: & quum plures, equorum (quos perniciosissimos habebat) velocitate superasset, victosq; occidisset, Pelops tandem curuli certamine congressus, equorum pernicitate vicit Oenomaum, abduxitq; ex pacto uxorem Hippodamiam. Ita Pausanias, & Cassiodorus variarum Epist. Libro Tertio. Sidonius in Panegyrico ad Antemium Augustum.

*Grecia, ni pudor est, reparatis Pisa quadrigis  
Suscitet Oenomaum natæ quem fraude cadentem,  
Cereæ destituit resolutis axibus obex.*

Eusebius, & alij, eorundem originem ad Herculem referunt; qui dum apud Eudem luderet, fratribus suis Pæoneo, Epimedi, Iasio, & Idæ, cursus certamen proposuit, victorque, se tunc primum, quum Oleastri corona redimi voluisset, id Ludicrum instituit. Quod postea Romulus, vt multa alia à Græcis mutuatus, in raptu Sabinarum edidit. vt Fabius Pictor, M. Varro, Pedianus, Tertullianus, Isidorus, idemq; Cassiodorus tradunt. Quos ludos (inquit Cassiodorus postquam de Oenomaio locutus est) postea Romulus in raptu Sabinarum, necdum fundatis ædificijs, ruraliter ostentauit Italiæ, & Valerius lib. ij. cap. j. de Institutis antiquis; Circense spectaculum primum Romulus raptis virginibus Sabinis Cōsualium nomine celebravit. Quod etiam inuere videtur Virgilius Æneidos lib. viij.

*Alia sententia de  
origine  
Circensiu*

*Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas  
Confessu caueæ magnis Circensibus actis  
Addiderat, subitoque nouum consurgere bellum  
Romulidis, Tatioq; seni, Curibusq; seueris.*

Vbi illud scitu dignum, Virgilium ad sua tempora respexisse, quum eos Circenses appellauit. Nam ante Prisci Tarquinij regnum, à quo Circus ijs edendis extructus fuit, iam inde à Romuli tempore Consuales dicebantur, à Conso Deo, cui (vt Pedianus, & Seruius auctores sunt) Romulus quando eos primum fecit, sacrauit. Is consilij Deus putabatur, & præsertim eius, quo tunc Romulus, Sabinarum virginum raptu, Romanis suis matrimonia inuenit, & à quo opem consiliumq; in difficultate coniugiorum petierat; Cui postea in Circo vbi hi Ludi edebantur, sub terra, iuxta primas metas, ara dicata fuit, cum hac inscriptione,

*Cōsualis.*

CONSVS . CONSILIO  
MARS . DVELLO  
LARES . COMITIO  
POTENTES

Apud quam Nonis Iulij sacrificabant Sacerdotes publici, & XI. Kal. Septemb. Flamen Quirinalis, & Virgines Vestales, vt in Lib. de Spectaculis tradit Tertullianus. Eius porro ara, ideo terra defossa erat, quoniam Consilium non sacra modo res est, vt ait Plato, sed occulta quoque esse debet. Consum porro Græci *ἰστροπέδου* vocant, id est Neptunum equestrem: cuius templum, vt Dionysius lib. j. est auctor, ab Euandro Arcade in Latio prope Urbem Romam conditum fuit, festumq; diem Ita-



tutum, quem illi *inexpertum*, Latini Consualia nominabant, quo die cessabant ab operibus equi & muli, fertisque redimiti per Urbem ibant. Peditans Oratione 11. in C. Verrem. Quod consiliorum (inquit) secretorum Deo, idest Nepruno lati.

\* Hi Ludi primum Consuales dicti, quod consiliorum secretorum Deo, idest Nepruno dati. Idem qui erat quod Confus. Seruius super viij. lib. *Aeneidos* versu illo, Magnis Circensibus actis. Magnis (inquit) quantum ad pristinam paupertatem pertinet, nam legimus propter equorum inopiam, diuersis eos tunc vsos esse animalibus. Sinius Capito (apud Lactantium lib. vj. de vero cultu cap. xx.) in lib.

de Spectaculis. Venationes (inquit) quæ vocantur munera Saturno attributa sunt, Ludi Scenici Libero, Circenses Nepruno. Et in Epitome diuinarum Institutionum, Ludi Circenses Nepruno dicati putantur, &c. Raptæ uerò sunt Sabinæ Consualibus ad xi. Kal. Septemb. Confus autem dictus est consiliorum Deus, qui ideo templum sub recto, sub circo habet, ut significaretur rectum debere esse consilium. Inde est quod Fidei, panno uelata manu sacrificabatur, quia fides recta esse debet, & uelata. Ideo autem dicato Consi simulachro rapuerunt Sabinas, ut tegetetur initum de raptu consilium. Hinc de Conso Arnobius lib. iij. aduersus gentes scribit. Salutaria & fida consilia nostris suggerit cogitationibus Confus. Minucius Felix in Dialogo Octauio, Consum veritaculum Romanorum Deum vocat. & Augustinus lib. iij. de Ciuitate Dei, Consum a consilio dando denominatum ait. D. Cyprianus: Confus quem Deum fraudis veluti consiliorum Deum colit Romulus uoluit; postquam in raptum Sabinarum presidia procuraret, &c. Hoc porro Ludiens, eiusmodi ob causam à Romulo primum Romæ institutum fuisse Dionysius lib. ij. & Linius lib. j.

Consualiorum institutio.

tradunt. Quum à finitimis populis Romulus recens Vrbe condita uxores pro Romanis impetrare non posset, uerbisque iniuriarum plenis, ab ipsidem fuisset laesurus, animi ægritudine dissimulata, Ludos olim à Grecis inuentos, Neprunoq; equestri solennes, quos postea Consualia appellauit, se etiam Romæ exhibiturum finitimis populis ex industria indixit, qui paulo ante quo rem maiorem fidem faceret, aram subterraneam in eiusdem Dei honorem ab Euandro olim constructam, se inuenisse sinxerat. Ludos quanto maiore apparatu poterat, aut sciebat, instruxit. Conuenere ad spectaculum mortales multi ex finitimis populis, cum liberis ac coniugibus, quum ludorum causa, tum studio uidentæ nouæ urbis. Inter hos præcipui Cerninenses, Crustumini, & Antennates. Cunctis ludicris intentis, signo à Rege dato, Sabinæ uirgines à Romanis raptæ sunt, & in matrimonium acceptæ. In cuius raptus memoriam quod exegitata prospere successissent, eos Ludos Romulus Conso, consilij Deo dicauit, araque illi excitata, eos Consualia uocatos Romæ solennes statosque esse uoluit. Plutarchus refert Romulum cuiusdam Dei aram conditam sub terra in Circo inuenisse, eiq; Deo Consi indidisse nomen, siue a consilio, quod consiliarius foret, siue quod Neprunus equester esset, Aramq; ipsam, reliquum tempus latere, in equestribus uerò certaminibus aperiri. De ara Consi in templo Nepruni equestris Dionysius lib. j. Arcades Euandri socij Nepruno equestri festum instituerunt Arcadibus Hippocratia dictum, Romanis Consualia, per quod apud Romanos ex more immunes sunt ab opere equi & muli, coronanturq; floribus. Et lib. ij. Festum quo Romulus Sabinas rapuit quod ideo consecrauit, & nunc Romani celebrant nomine Consualium, in quo ara subterranea sita prope Circum Maximum reposita terra Sacrificijs honoratur, & libaminibus, & equorum ac quadrigarum committuntur certamina. Deus in cuius honorem ista fiunt, Confus à Romanis uocatur, quem Greci Neprunus equestris uocant, ideoq; aram ei sacratam subterraneam, quod hic Deus terram habeat. Alij dicunt, aram subterraneam positam Genio cuidam, cuius nomen proferri nefas sit, occultorum consiliorum seruatori ac præfici. Nepruno. n. occultam aram usquam terrarum sacratam esse, non constat. Plutarchus in Romulo. Fama uulgata à Romulo primum

**A** primum est, cuiusdam Dei arā conditam sub terra inuenisse, eiq; Deo Conso nomen indidisse, siue à consilio quòd consiliarius foret, siue Neptunus equestris: nam ara est in Circo Maximo posita, quę reliquum quidem tempus laet, in equestribus autem certaminibus aperitur. Placet alijs, quoniā consilium arcanum, & minimè palam esse oportet, sub terra aram hanc latere, & opertam Dei aram esse. Sextus Pompeius, Conso ualia ludi dicebātur, quos in honorē Consi faciebant, quem Deum consilij putabāt. Varro lib. v. Cōsualia dicta à Conso uult, quibus ferijs publicis ei Deo, & in Circo ad arā eius à Sacerdotibus fiebāt ludi illi quibus uirgines Sabine raptę representabātur.

Eum esse idem cum Nepruno equestri docet Aufonius. Tunc Iouis, & Consi, germanus Tartareus dis. Et alibi. Cænea mutauit proles Saturnia Conso. D. Augustinus lib. ij. cap. xvij. de Ciuitate Dei. Ad memoriam raptus illius Circensiu spectaculum mansit. Hoc ludicrum initio certamen equestre, & curule fuit, id est equorum, uel (ut ait Seruius) propter equorum inopiam, aliorum animalium singulorum, uel curribus adiunctorum cursus. **B** Sex Pompeus. Mulis celebrantur Ludi in Circo Maximo Consualibus, quia id genus quadrupedum primum putatur ceptum curru uehiculoq; adiungi. Curruum porro sub Romulo adhuc indistinctum genus erat. Primus enim L. Tarquinius prius Rex, bigas, trigas, & quadrigas distinxit. Quo tēpore certum in quo ederentur locum, quod sciam, adhuc non habebant. Eos à Romulo, & ante Tarquinium Priscum a ceteris Regibus in Campo qui postea Martius appellatus fuit, & fortē super Tiberis ripas, fieri solitos, refert Festus. Initio autem quū Romulus hos Ludos Conso tantū dicasset, religione & delectatione aucta, idem Martis etiam cultui quem patrem profitebatur, addixit, solennesq; Romę instituit. Ceterum quemadmodum Ludi Conso sacrati Cōsualia, sic Marti dicati, Equiria ab equorum fortē cursu tantum, appellati sunt. Cuius rei Tertullianus, & ex Verrio Flacco Sex. Pompeius meminere. Ille, postquam de Consualibus locus est, ait: Equiria Romulus Marti instituit. Hic uerò: Equiria Ludi, quos Romulus Marti instituit, per equorum cursum, qui in Campo Martio exercebantur. Equiria autem dies solennes sunt in Fastis notati i i i. Kal. Martij, & pridie Idus Martij, quibus hii Ludi exhibebantur. Post Romulum crescente superstitione, primum sub ceteris Regibus, deinde Reipublicæ tempore, demum sub Imperatoribus pluribus primo, omnibus postea ferē alijs publicis, priuatisq; ordinarijs, & extra ordinem, siue uoluntatis populi Romani solennitatibus, quæ uel Deorum uenerationi, uel hominum honori, uel publicarum uictoriarum recordationi, uel mortuorum memoriæ celebrabantur, antiquis post recentiores Ludos adiunctos permanentibus, facti sunt. Nam Pompilius post Romulum Rex, eos Marti gradino, alio ab Equijs die, & Robigini (nam & Robiginem Deam finxerunt, cuius festum Robigalia vi i. Kal. Maij colebant) Tullus Hostilius Veneri Cluacina, reliquorum Deorum multitudini Ancus Martius, & qui post eum Reges fuerunt solennes dedicauere, exhibueruntque. Hinc Sennius Capiro (apud Lactantium) in Libro de Spectaculis scribit. Ludi Scenici Libero, Circenses Nepruno attributi sunt, paulatim uerò & ceteris Dijs idem honores tribui cepit, singulique Ludi numinibus eorum consecrati sunt. Isidorus Etymologiarum lib. xlix. Ludi Circenses Sacrorum causa Deorum, ac Gentilium celebrationibus instituti sunt. Quare factum fuit, ut certamen curule & equestre, quod quum Conso tantum initio sacrum esset, Consualeq; ideo diceretur, proprium Ludicrum erat, uel Deo dicarum, commune factum deinceps pluribus Dijs, & diuersis diebus celebratum fuerit. Horum Ludorum qui singulis Dijs speciatim attributi erant, Ludicrum certamen tantum fuit equestre & curule, quod quum adhuc à Circo denominationem non haberet, Circensium Ludorum appellationem ab eius Dei uocabulo cui sacrum erat, ut Consualia, & Martialia; uel à rebus, quorum ministerio fiebat, ut Equiria, obtinuit. Primum tamen nomen Consualiorum precipuè in usu erat. Quæ uerò

Equiria

ratione



ratione tam certamini equestri, & curuli, quam singulis Deorum Ludicris, commu-  
ne Ludorum Circensium nomen inditum fuerit, nunc exponam.

LVDI MAGNI, SIVE ROMANI, QVI, ET QVARE CIRCEN-  
ses vocati; item Circi constitutio. Cap. IIII.

Ludi ma-  
gni sive  
Romani,  
vide.



Tarquinius Priscus, quintus Romæ post Romulum Rex, bello primo  
quod cum Latineis gessit, oppido Appiolis vi capto, maximaq; inde præ-  
da abducta, Ludos Consuales, certamen scilicet equestre & curule, opu-  
lenti, instructiusque (vt Libro j. refert Liuius) quam priores Reges  
fecit. Nam certamina, equestre, & curule a Romulo ruraliter (vt Cassiodori verbo  
vtar) & tenuiter primum instituta, incompta & confusa, exornauit, & distinctit, additis  
que aliquot Ludicris speciosiora reddidit. Currus enim in bigas, trigas, & quadrigas  
ab equorum numero vocatos, primum distribuit. Cursus equos in singulares, & desulto-  
rios diuisit, addiditq; Græcorum more, post cursum, certamen Gymnicum, siue athle-  
ticum, eorum scilicet, qui corporibus certabant, in tria athletarum genera distinctum,  
cursores, pugiles, & luctatores, vt Dionysius in fine vij. libri prodit. De quibus singu-  
lis infra suis locis dicam. Hęc omnia Liuius lib. j. paucis refert. Bellum (inquit) pri-  
mum cū Latineis Tarquinius gessit, & oppidum ibi Appiolas, vi cepit, prædaque inde  
maiori quam quanta belli fama fuerat reuecta, Ludos opulenti, instructiusq; quam  
priores Reges fecit, &c. & paulo infra. Ludicrū fuit, equi, pugilesque, ex Hetruria maxi-  
mè acciti. Equis Liuius cuncta equestria, pugilibus athletica omnia certamina intel-  
lexit, vt ex Dionysij libro vij. qui hūc locum latius exponit, obseruauit. Neq; Dionysio  
Liuius repugnat, Ludiones ex Hetruria accitos referens, qui à Dionysio à Græcis manas  
se dicuntur, quum Tusci ea omnia à Græcis cum origine acceperint. Tarquinius por-  
ro eos Ludos opulenti ab se editos (vt M. Tullius Oratione vij. in Verrem scribit) Iou-  
ui, Iunoni, & Mineræ consecrauit, solennesq; Romę vt i. Kal. Octobris esse statuit.  
Nunc (inquit Cicero) sum designatus Ædilis, scio mihi Ludos sanctissimos maxima  
cum cęrimonia faciendos, mihi Ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nomi-  
nati, maxima cum dignitate, ac religione, Ioui, Iunoni, Mineræque esse faciendos.  
Qui Ludi quod annui Romę permanserunt, Romani, ab expensarum verò magnitudi-  
ne, vel quod Dijs magnis fierent, magni sunt uocati. Solennes (inquit Liuius) annui-  
que mansere, Romani, magniq; uariè appellati. Et Pedianus in Commentario Ora-  
tionis i. i. in C. Verrem. Romani Ludi sub Regibus instituti sunt, magnique appellati,  
quod magnis impensis dati. Tunc primum Ludis impensa sunt ̄̄. ∞. Nummum  
(i. aureorū coronatorum nostratiū, nisi sit codex mendosus sex millia) adeo magnos  
Ludos factos putant. \* quod Consiliorum secretorū Deo, idest Neptuno lati. \* tum  
Regi & rerum conditarum. \* Et Dijs magnis, idest Laribus Urbis Romę dati sunt,  
quibus aiunt raptas Sabinas esse. Vt uideatur propter hoc dicere Virgilius.

„ Magnis Circensibus actis.


Quum & Circenses Ludi sint, &c. H

Circens cō-  
ditus.

Vt autem hi Ludi qui à Prisco Rege, in Iouis, Iunonis, & Mineræ cultum consti-  
tuti, Romani, & magni appellabantur, & alij cuncti à Romulo, & cęteris Regibus or-  
dinati, ut Consuales, Equiria, Martiales, Robigales, & eiusmodi, commodius, &  
speciosius exhiberentur, ab eodem Rege tum primum Circi, qui postea Maximus  
est dictus, designatus locus fuit, ut cum Liuius Dionysius tradit. A quo postea omnes  
Ludi in eo quibusuis diebus, & quacunque de causa celebrati, Circenses uocati  
fuere. Atque ita ex Consualibus, uel si quo alio nomine antea appellarentur, Cir-  
censes sunt dicti, quod deinde nomen ijs perpetuum Romę fuit. Tertullianus eos a  
Circe dictos existimat, qui ita scribit. Quod spectaculum primum à Circe habent, so-  
lique patri suo (ut uolunt) editum affirmant. Ab ea quoque & Circi argumentantur  
appella-

Circenses  
Ludi pu-  
de.





CIRCI·MAXSIMI·ET·PALATII·QVAE·SVPERSVNT·RELIQVIAE·ET·PARTE  
Onuphrij panvinij Veronensis auctoris impensa et aenuis signis. Venetijs Anno





Et Vallis Murcia situm inter Montes Palatin. Caelum  
 Auentinum, pro textu pag. 7. Litera B.  
 Et Palatii prospectum, qui hoc auro, ipsa ruderum  
 Vofitate admirandum, ad text. pag. 50. litera N.  
 una eademq. comode ostendit hac figura.

INAE. QVEMADMODVM. NVNC. VISVNTVR. EXACTE. DELINEATAE.  
 salutis ∞ D LXXX. GRÆ. XIII. PAPA. Cum privilegij principum





The first part of the book is devoted to a general history of the  
 world, from the beginning of time to the present day. The author  
 discusses the various ages of the world, and the different  
 nations and empires that have arisen and fallen. He also  
 describes the progress of science and the arts, and the  
 changes in the human mind and manners. The second part  
 of the book is a history of the British nation, from the  
 first settlement in America to the present time. The author  
 details the various wars and revolutions that have taken  
 place, and the progress of the British empire. He also  
 discusses the state of the colonies, and the rights and  
 liberties of the people. The third part of the book is a  
 history of the American nation, from the first settlement  
 to the present time. The author describes the various  
 wars and revolutions that have taken place, and the  
 progress of the American nation. He also discusses the  
 state of the colonies, and the rights and liberties of the  
 people. The fourth part of the book is a history of the  
 world, from the beginning of time to the present day. The  
 author discusses the various ages of the world, and the  
 different nations and empires that have arisen and fallen.

**A** appellationem. Seruius super. iij. Georgic. & viij. Æneidos, eoq; prior M. Varro, in libris de gente populi Romani: Circenses (inquiunt) sine Ludorum adiectione (hoc est sine illo, vel illo ludico Sesto accepti) dicti sunt, uel à circum eundo, uel à circuitu, uel ab ensibus, quod exhibebantur in circuitu ensibus positus. Vbi enim nunc metæe sunt, olim gladij ponebantur. Nam quum rudis uetustas loca huiusmodi ludis apta nondum ædificasset, eos locis uirentibus, atque herbosis, in littorè fluminum agebat, in altera parte positus gladijs, ita ut enses aliquando, & flumina, uel ubi non erant flumina, enses tantum metarum locum obtinerent, ut ignauis in circumeundo, utraq; parte præfens esset periculum. Quare Virgilius iij. Georgic. ait,

*Centum quadriungos agitabo ad flumina currus.*

Alij demum ideo ipsos Circenses dictos putant, quod circum populus fufus spectaret Ludos, quemadmodum ex ea tabula uideri potest quam infra adiciam, in qua is Circus expressus est qui marmoreo frusto in ædibus Maffeciorum Romæ extat.

**B**  Figura Ænea. A.

## DE CIRCO MAXIMO, ET EIVS PRÆCIPVIS PARTIBVS.


Cap. V.




**T** igitur Ludi Consuales primum, deinde Circenses uocati, commodius edi, magnarumq; rerum arcana, quæ significabant perfici possent, quæ antea populus Romanus non sine magno incommodo, sub tabernaculis ligneis, aridis harundinibus sultis (ut ait Dionysius) stans spectaret.

*Circi Maximi Topographia.*

**L.** Tarquinius Priscus Rex, publicè comoditatis ergò, Circo, qui postea Maximus uocatus est, primum locum in valle Murcia inter Auentinum, & Palatium colles designauit, perfecitque, & Ludos opulentissimos in eo edidit. Cuius vallis, & montium Auentini, Palatij & Cælij, cum Circi Maximi Topographia, imago eiusmodi est, summo studio, & labore formata.

**B**  Figura Ænea Circi Maximi. B.

Ceterum quum omnium publicorum ædificiorum, quibus Ludi ederentur, formam demonstrare cõstituerim, ut Circorum, Theatrorum, Amphitheatrorum, Thèmarum, & aliorum id genus publicorum locorum, non alienum ab hoc argumento uisum fuit, etiam ipsorum situm exponere. Urbis igitur accuratè Topographiam hæc feci, qua antiquas eiusmodi publicas fabricas notauit, & alia etiã ædificia adieci, quorum hodie uestigia supersunt, Urbis ornamento, uel præclarorum hominum memoriæ condita, ne quid postremò deesset, quod auidus lector desiderare possit.

**C**  Figura Ænea Urbis Romæ. C.

**D** Vallis uerò Murcia à proximo colle Murco nomen obtinuit, is est Auentinus, qui Murcus, aliàs Murceus olim appellabatur, à Sacello Veneris Murciae in eodem cõstructo, ut M. Varro auctor est. Festus: Murciae Deæ Sacellum erat sub monte Auentino, qui antea Murcia uocabatur. Alij Auentinum ideo Murcia uocari tradunt, quod è lapidibus uelut muro cõstructus sit. M. Varro lib. iij. Intimus Circus ad Murcia uocatus, ut Procilius aiebat, ab vrceis, quod is locus esset inter figulos; Alij etiam dicunt à Murteto declinatum, quod ibidè fuerit, cuius uestigium manet, quod ibi Sacellum etiã nunc Murciae Veneris sit, &c. Tertullianus in lib. de Spectaculis, refert, medio in Circo Murcia delubrum fuisse, in eius Deæ honorem, quæ recessit illo; qui in ter colles Auentinum, & Palatium iacet, ubi Circus Maximus excitatus fuit, nomen dedit. Murcia (inquit) Idolum facit. Murcia enim Deam amoris uolunt, cui in illa

*Locus Circi Maximi vallis Murciae dictus.*

parte

parte eodem uouere. Et D. Augustinus de Ciuitate Dei lib. iiii. cap. xvj. Deam Stimulam vocauerunt quæ ad agendum ultra modum stimulare, Deam Murceam, quæ præter modum non moueret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius marcidum, id est nimis desidiosum, & inactuofum. Vnde Ammianus quosdam fuisse ait in Italia, qui uitandæ militiæ gratia, pollicem præciderent, eosq; Murcos vocari tradit. Plautus Murcium dicit hominem, pro inerti, & languido. De valle Murcia Claudianus in Panegyri alterius Stiliconis Confularus, ita canit,

*Ad cælum quoties ryalis tibi Murcia tollet.*

*Nomen Auentino Palatioque recessu.*

Et Linius lib. j. Ancus multa millia Latinorum in Ciuitatem accepit. Quibus, ut iungeret Palatio Auentinum, in Murcia data sedes. Et Plinius lib. xv. cap. xxix. Ara vetus fuit Veneri Myrteae, quam Murciam uocant. Appuleius lib. vj. Metas Murcias uocat, unde apparet eas Murciae dicatas fuisse, in cuius valle locatæ erant. In prædictis uero locis Murciam, non Martiam, ut passim librarioi um errore inreperat, legendum esse ex Tertulliano, Victore, Plinio, & uetusto Cassiodori Codice scripto satis constat.

Sed Mundi Dominus (de Augusto loquens, Cassiodorus scribit) ad potentiam suam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam, in vallem Murciam retendit Augustus, ut immensa moles firmiter præcincta montibus, contineretur, ubi magnarum rerum indicia clauderentur. Quod etiam Varronis testimonio confirmatur, qui lib. iiii. de uerborum origine ad Ciceronem, ait: Intimus Circus (de Maximo loquitur) ad Murciam, aliàs Murcis uocatus, ut Proculus aiebat, ab vrceis, quod is locus esset inter figulos. Alij esse dicunt à Murto declinatum, quod ibi fuerit, cuius uestigium manet, quod ibi Sacellum etiam nunc Murciae Veneris, &c. Plutarchus in Problematibus, eam Venerem Myrteam antiquitus, à Myrtis appellatâ tradit, quæ postea Murcia dicta sit: nam qua ratione ea uallis Martia dici potuerit, non inueni. Circus autem erat certus in gyrum ambitus, à circum eundo (auctore Seruio) dictus: siue (ut M. Varro tradit) quod circum Spectaculis edificatus sit, ubi Ludi fiunt; uel à circuitu equorum, quod ibi circum metas equi current; uel quod Circus metas in eo existentes fereretur Ludorum pompa. A Circo (ut dixi) Ludi in eo editi Circensis uocati. Maximi autem Circi nomen à Ludorum magnificentia quidam dictum putant: Alij, (quod magis placet) quod omnium Urbis Circorum esset maximus, atque capacius. Quod Liniij auctoritate lib. j. confirmatur. Circo (inquit) qui nunc Maximus dicitur, locum Tarquinius designauit; Vbi ipsum Maximum olim appellatum non fuisse, non obscure indicat, quum ait; Qui nunc Maximus dicitur, quia quum antea unus tantum in Vrbe esset, Maximus non dicebatur: Ceterum alijs aliquot Circis extructis, Maximi ad eorum discrimen, nomen obtinuit.

Erat autem Circus Maximus, ambitus olim ligneus, postea porticibus lateritijs gradus sustentantibus in gyrum conclusus, forma oblonga uertens, qui ex una parte in hemicycli speciem delinebat, ex alia uerò angulos duos quadrata figura habebat in valle Murcia inter Auentinum Palatiumq; colles Ludorum gratia fabricatus, quem M. Varro lib. iiii. de Verborum origine, Armilustrum uocat, ita: Armilustrum ab ambitu lustris, locus item. Circus Maximus dictus, quod circum Spectaculis ædificatus, ubi Ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt. Itaq; dictum in Cornicula, Milites adueniunt, quem circumeunt ludentes.

*Quid cessamus ludos facere?*

*Circus noster ecce adest.*

Plutarchus in Romulo, Armilustrum Titi Tatij Regis sepulchri locum in Auentino monte esse scribit. Circum Græci ab equorum cursu Hippodromum, & Catadromum, id est decurforium ab hominum curriculum, uocauerunt, quæ uox à Latinis etiam quandoque usurpata est. Martialis lib. xij. in habentem amoenas ædes.

*Pul.*

*Circus.*

*Maximus.*

*Circus Maximus.*












**ANTEIQVAE VRBIS IMAGO**  
*accuratissime, ex vetustis monumentis, et his quae supersunt reliquias, et pariter  
 delincata ONVPHRII PANVINI VERONENSIS FRATRIS EREMITAE ARGUTIMINI  
 AUDOPIS IMPENSA, et aeneis formis Venetis ANNO SALVTIS MDLXXX.  
 GREG XIII. pontifice maximo. cum privilegio pontificis, imperatoris  
 regum, et publicae Venetae, et Ducum*

- |                            |                              |                             |
|----------------------------|------------------------------|-----------------------------|
| 1 Porta Caelimontana       | 31 Th. Variarum              | 61 Fons Capitolini          |
| 2 Insula                   | 32 Horti Torontiani          | 62 Pantheon                 |
| 3 Pons Cestius             | 33 Horti Palatiniani         | 63 Templum Antonianum       |
| 4 Pons Fabricius           | 34 Horti Torquathani         | 64 Templum Iulianum         |
| 5 Velabrum                 | 35 Horti Galbae              | 65 Templum Serapidis        |
| 6 Spes Vetus               | 36 Sepulchrum metellae       | 66 Aedes Vestae             |
| 7 Circus maximus           | 37 Col. Antonium             | 67 Templum Veneris Erymnae  |
| 8 Circus Flaminius         | 38 Sepulchrum Scipionum      | 68 Templum Quirini          |
| 9 Circus castrensis        | 39 Vestibulum                | 69 Templum Silvanum         |
| 10 Theatrum balbi          | 40 Sepulchrum antoniae       | 70 Flumen Lucinae           |
| 11 Theat. Tauri            | 41 Atrium Divi Neronis       | 71 Fons Fagutalis           |
| 12 Th. Lapidum             | 42 Atrium Iulii              | 72 Th. A. crassipis         |
| 13 Amph. Vespasianum       | 43 Atrium Traiani            | 73 Aedes Males Fortunae     |
| 14 Amphitheatrum Tauri     | 44 Atrium Iulii              | 74 Aedes Felicitatis        |
| 15 Amphitheatrum castrense | 45 Atrium M. A. V. V. V.     | 75 Ara Iovis Viminis        |
| 16 Meta Sudanae            | 46 Atrium Severi             | 76 Aedes Veteris Iulianae   |
| 17 Ludus Martialis         | 47 Atrium Severi Boarum      | 77 Sacellum Deae Neronianae |
| 18 Ludus Gallicus          | 48 Atrium Gordiani           | 78 Th. salutaris            |
| 19 Ludus Magnus            | 49 Atrium Constantini        | 79 Th. Senecae              |
| 20 Ludus Dacicus           | 50 Atrium Augusti et Honorii | 80 Templum et Aedes         |
| 21 Ludus Maecianus         | 51 Atrium Novum              | 81 Th. Quirini              |
| 22 Forum Caesariensis      | 52 Iamnis                    | 82 Th. Minervae Flavianae   |
| 23 Forum Augusti           | 53 Aqua Appia                | 83 Templum Fidei            |
| 24 Forum Nervae            | 54 Castellum Agrippae        | 84 Templum Florae           |
| 25 Forum Boarium           | 55 Castellum Antonii veteris | 85 Th. Iulianae             |
| 26 Forum Piscarium         | 56 Castellum A. Iulianae     | 86 Th. Dianae               |
| 27 Th. Agrippae            | 57 Fons Lollianus            | 87 Th. Bonacdae             |
| 28 Th. Traiani             | 58 Castellum                 | 88 Th. Iunonis virginis     |
| 29 Th. Traiani             | 59 Senatum                   | 89 Aedes Victoriae          |
| 30 Th. Commodianae         | 60 Horologium                | 90                          |









Roma quadrata  
Via publica

Templum Apollinis

Bibliotheca Latina Apollinis

Bibliotheca Graeca et Latina

PALA

Atrium

Domus Augustiana

Area

Porticus

Ordines

Domus Tiberiana

Theatrum Tauri

Tabernae

Tabernae

Scalae

Via

Podium

Longitudo

CIRCUS

Circus

Carere & aere equo 5 emissores  
Latitudo stadij unius  
pedum 62 1/2

Gradus capaces hominum 61.8


Porticus exterior in se habens officinas mercatorum

Meridies



CIRCI MAXIMI ET ANTEIQVI IMPERATORVM  
 ROMANORVM PALATII ICONOGRAPHIA DILIGENTER  
 EX HEIS QVAE SVPERSVNT RELIQVIBVS AENEIS  
 FORMEIS EXPRESSA

Onuphrij Panuini Veronensis Fratris Eremitae Augustiniani auctoris  
 opera  
 Venetijs Anno salutis MDC LXXX Greg. XIII Pontifice Maximo  
 Cum privilegij Principum





**A** Pulveremque fugax hippodromon ungula plaudit,  
Sidonius lib. ij. epist. ad Domitium.

*Si non hippodromus saltem cryptoporticus vocabitur.*

Cuius accuratam, & particularem descriptionem facturus, à maiöribus partibus initium faciens, ad minores progrediar.

Circi porò Maximi campus, siue area, in valle Murcia locata, siue eiusdem ædificijs longitudine trium stadiorū cum dimidio, latitudine verò unius, id est cxxv. passuum erat, vt libro iij. Dionysius tradit. Quod si ædificiorum quoque, & porticum solum adiungatur harenæ, quaternum iugerum ambitum Circus Maximus completitur, vt idem Dionysius auctor est. Quod replicans Plinius lib. xxxvi. ca. xv. ait: Nā vt Circum Maximum à Caesare Dictatore extructum, longitudini stadiorū trium, latitudine vnus, sed cum ædificijs iugerum quaternum, inter magna opera dicamus.

*Circi max-  
guitudo.*

**B** Circi harenam ( vt est apud Plinium & Tranquillum ) Caius & Nero Imperatores Chryfocolla constrauerunt. Hic in Caligula, cap. xvij. Edidit Circenses plurimos, minio & Chryfocolla confrato Circo. Ille verò, lib. xxxij. ca. v. Visum est ( inquit ) iam Neronis Principis spectaculis harenam Circi Chryfocolla sterni, quum ipse con colori panno aurigaturus esset. Chryfocolla verò ( vt idem Plinius libro eodem tradit ) est humor, qui in aurifodinis per venas auri defluit, & crascescente humore, rigori busque hybernis, vsque ad pumicis duritiem solidatur, quæ subtilissimè contusa, auri picturam præbet. Circum verò Maximum hac ideo harena strauerunt, tum ad ornatum, tum ut post Naumachiam, emissa in Tiberim aqua, ( adhuc enim subterranei specus, & à Circo ad Tiberim productarum cloacarum vestigia visuntur ) nullo limo impediante, reliqua ludicia celebrarentur.

*Circi area*

Antiquitus circum aream Circi erant gradus subselliaque, seu sedilia lignea, quo commodius spectari posset, à Tarquinio excitata, quibus Ludos spectaturi confidebant, atque ita in modum scalarum composita, vt alter alterius prospectum non impedit.

*Sedilia  
Circi.*

**C** Superiores autem gradus duodecim pedibus à terra alti erant, sensimque ad imum solum descendentes, furcis ligneis sustentabantur, vt libro primo refert Liuius: Spectauere ( inquit ) furcis duodenas a terra spectacula alta sustentibus pedes. Circo extructo, illic Tarquinus sedilium loca inter xxx. Curias diuisit, dans vniciuique Curiae partes singulas, ita, vt in suo quisque loco sedens spectaret. Auctores Dionysius & Liuius: qui libro primo refert, Tarquinium diuisisse loca in Circo Patribus, Equitibusque. Ea porò subsellia, quibus infidentes Ludos spectabant, Fori dicebantur. Liuius loco supradicto: Loca diuisa Patribus, Equitibusque, ubi spectacula sibi quisque faceret, Fori appellati. Et lib. xxix. Cenfores M. Liuius, & C. Claudius, omnia à foro boario ad Veneris, & circa foros publicos facienda locauerunt. & libro l v. Licinio Consuli ad quadrigas mittendas ascendentem, tabellarius qui se ex Macedonia venire diceret, laureatas litteras attulisse dicitur. Quadrigis missis, Consul curam conscendit, & quum per Circum veheretur ad foros publicos, laureatas tabellas

*Sedilia  
Circi diuisa.*

*Fori.*

**D** populo ostendit. Quibus conspectis, repente immemor spectaculi populus, in medium decurrit, eo Senatus Consul uocauit, recitatisque tabellis, ex auctoritate patrum, pro foris publicis denunciauit populo, L. Aemilium collegam, Macedonum exercitum prælio fudisse, fugasseque. Sext. Pompeius: Fori ( inquit ) significant Circensia spectacula, ex quibus etiam minores Forulos dicimus per diminutionem, id est minores Foros, hoc est minora spectacula. Nonius Marcellus. Fori sunt spatia in nauibus, vel locus apertus, ac patens. Dio libro l v. Sub Augusto Ludi Circenses seorsum à Senatoribus, & Equitibus spectati sunt, quod adhuc moris est. Cn. Cornelio Cinna Magno, M. Valerio Messalla Consulibus. Tranquillus in Claudio cap. xxi. Circo Maximo marmoreis carceribus, auratisque metis exculto, propria Senatoribus constituit loca, promiscuè spectare solitis. Dio libro l x. Spectauerunt in Circo ima parte

*Distin-  
ctio ordi-  
num in  
circo.*

**B** seorsum



seorsum singuli ordines Senatorum, Equitum, & plebis, ex eo tempore quo lex de ea re lata fuit. Non tamen certi loci singulis attributi erant, sed tunc Claudius ea subsellia Senatoribus destinavit, quæ nunc etiam sunt. Concesso quoque si qui alibi vestire plebeia spectare vellent. Quibus actis, Senatam cum uxoribus, Equites & Tribus epulo exceperit. Hoc idem Nero (vt Tranquillus cap. XI. scribit) Equitibus quoque præstavit: Circensibus (inquit) loca Equiti secreta a cæteris tribuit. Plinius lib. VIII. cap. VII. Nero in Circo Euripos sustulit, Equitibus loca addens, Tacitus lib. XV. Nero Cæsar Equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud Circum.

Circi porticus.

Namque ad eam diem indiscreti inibant: quia Lex Roscia nihil (de Circo scilicet) nisi de quattuordecim (theatri scilicet tantum) gradibus sanxit. Cæterum populi Romani opibus & maiestate crescente, Circi sedilia ex ligneis lateritia, amplissimarum porticum ordinibus sustentata, deinde marmorea structa fuere, qui porticum ordines altitudine, & latitudine (vt lib. antiquitatum Romanorum III. tradit Dionysius) & ex his quæ supersunt Circi vestigijs apparet, triplices erant. Quorum primus ad imam partem triplici fornice, alter duplici, tertius vno compositi, gradus, foros, & ambulatoria, quæ spectabatur, theatrorum more sustinebant, altiore loco angustiore, postea sensim latius sese usque ad solum diffundentes, ut ex superiore Circi topographia patuit. Quum uerò duabus lateribus Circi ambitus comprehenderetur, ab altera extremitate qua in hemicycli formam Circus desinebat inuicem gradus omnes lineari, & parallela figura connectebantur, ita ut una ex singulo quoque ordine fieret continuata porticus circularis.

Gradus.

Officinae Circi.

Ex triplici porticum ordine, quorum vnus supra alium exteriore Circi parte erat, vnus intra fornices officinas habebat, & habitationes super eas, inter quas per certos scalarum gradus qui inter easdem officinas erant, ingressus & ascensus euntibus ad Spectacula, erant ita compositi, vt tot hominum abeuntium & ingredientium millia, nihil eorum quæ circa erant conturbarent.

Circi moeniana ostia.

Ex duabus Circi extremitatibus, altera quæ in hemicycli formam desinebat, amplissimum & patens ostium moeniano suppositum, & duo ex utroque latere alia moeniana, siue podia quadrigis ornata habebat. In altera autem cui figura quadrata anguli in modum turrim uel moenianorum erant, tresdecim ostia fuere constructa, quorum medium omnium maximum, alio podio subiectum, reliqua duodecim æqualia & minora, sex, scilicet ex utraque maioris ostij parte erant. De quibus Ausonius Gallus ad Vrsulum de numero senario.

*Ostia quot pro parte aperit stridentia Circus*

*Exceptio medium, quod patet ad stadium.*

Per hoc enim maius ostium, & aliud in Circi alio capite situm, equi, bigæ, quadrigæ, cætera ludicra & pompæ inibant egrediebanturque.

Carceres Circi.

In reliquis porro XII. minoribus ostijs, carceres erant, siue equorum emissiones, quæ ad similitudinem eorum locorum, in quibus rei homines in Ciuitatibus clausi tenentur, carceres dicebantur; quod equos antequam currere inciperent, coercerent, M. Varro lib. III. de uerborum origine ad Ciceronem: In Circo (inquit) primum de mituntur equi, nunc dicuntur carceres. Nacuius oppidum appellat, quod, scilicet more murorum, & oppidorum turrita erat ea Circi pars, in qua carceres fuere. Et idem Varro: Carceres dicti, quod coercentur equi, ne inde exeant, ante quam Magistratus signum misit, Oppidum quod ea muri parte pinnis turribusque carceres olim fuerint. Scripsit Poeta Ennius,


*Dilatator ubi currum insedit, prouebitur usque ad oppidum.*

Liuius lib. VII. L. Papius Ciaso II. & L. Plautio Venoco Consulibus; Carceres in Circo primum institutos fuisse tradit, qui lib. XLI. Carceres in Circo institutos, & oua ad notas curricula numeranda facta scribit. Quas ex ligneis Claudium marmoreas





AVRIGATIO CIRCENSIS CVPIDINIBVS AGITANTIBVS EXPRESSA IN ANTIQVO PERI  
*Onofrij Ganuini Veronensis studio aeneis typis formata Venetijs Anno salutis ∞DLXXX Greg. XIII P.*

CARCERES





TULLIO QVOD ROMAE IN HORTIS FARNESIIS TRANSTIBERIM EXTAT  
*in privilegio principum*



D

Fig. 11.





sa comuno exoratur inter tot milia, tum uenientia, tum descendencia, &c. Idem

B 2 breuius

MARMOEAE LYDORVM CIRCENSIVM TABVLAE QVAE FVLGIVS  
Omphrij Panvinij Veronensis opera, et typis Venetis Anno salutis 1681 B L XXX







sa comuno exoriatur inter tot millia, tum uenientia, tum descendentia, &c. idem

B 2 breuius



Et moreas fecisse prodit cap. 21. Tranquillus, sic. Circo uerò Maximo marmoreis Carceribus, auratisque metis, quæ utraque & tophima & lignea antea fuerant exculto, propria Senatoribus constituit loca, promiscuè spectare solitis. M. Varro libro ij, de re Rustica. Ego adueniens aperiam Carceres, & equos emittere incipiam, non solum mares quos admiffarios habeo, sed & foeminas. Sidonius in Panegyri ad Antemium Imperatorem.

*Procedat sebæneis prius agnita uirgo mariti,*

*Crimine quam sexu spectet de Carcere Circi.*

*Pallentes Athlant a procos ut poma decori.*

Et in Panegyri ad Marcum Antonium Augustum.

*Caius in ætulo uolitantem puluere Martem,*

*Horruiit Hippomanes multo qui capite Circi,*

*Contempto premissus erat cum Carceris antro,*

*Emicuit pernix populo trepidante uirago.*

Carceres Circi cancellis quibusdam claudebantur, quemadmodum ex uetustis Gentis Farnesæ marmoreis monumentis hic expressis liquet, quibus præter Carceres, metae, oua, bigæ, & aedicula quædam de quibus mox dicam, expressa sunt.

*Cancelli  
carcerum.*

### 6 Figura Aenea. D.

Toto Circi ambitu sex moeniana erant, tria ex utroque latere, ut ex Nomismatibus, & Circo à me designato constat, ex quibus Magistratus, & nobilissimi qui que spectare solebant, & quadrigis committendis signum dare.

Circi, harenæ scilicet & aedificiorum circuitus, octo stadiorum, id est mille passuum erat. Locus capax hominum C L. millium ( ut ait Dionysius ) uel ( ut Plinius & Sext. Rufus, nisi in numero error sit, tradunt ) CCLX. millium. At Dionysius fortè de Tarquinij Circo, Plinius uerò, & Rufus, de eo quem C. Caesar Dictator restituit, locuti sunt. Catullus in Camenum.

*Circi ca-  
pacitas.*

*Te quaesiuimus in minori campo,*

*Te in Circo, te in omnibus tabernis,*

*Te in templo supero Ioui sacro.*

Martialis libro vj. in detractorem.

*Quiq; uidet propius magni certamina Circi,*

*Laudat Auentinae uicinus Sura Dianae.*

De Circi Maximi extruotione, ita libro iij. historiarum scribit Dionysius, L. Tarquinius Priscus Rex, in Circo Maximo inter Palatium & Auentinum in otres sito, primus circumquaque operta tecto fecit sedilia, nam antea stantes spectare solebant furcis tabulata sustentibus. Locos Spectaculorum in xxx. Curias distribuit, ut Curialium quisque suo loco spectaturus federet. Quod opus, & ipsum procedente tempore annumerandum erat inter totius orbis pulcherima. Longitudo enim eius

*Circi de-  
scriptio.*


est trium stadiorum cum dimidio, latitudo quattuor iugerum, à duobus maioribus lateribus, & uno minore, cingitur Euripo, qui aquas recipiat decempedali profunditate, simul & latitudine; post Euripum extructae sunt triplices porticus, imæ habent lapidea paulum scandentia, sicut in theatris sedilia, super duplici cõignatione sunt lignea, duas maiores porticus, tertia minor coniungit transuersim lunata specie apposita, ut ex tribus una conficiatur amphitheatris octo stadiorum latitudine, capax centum quinquaginta millium hominum. Reliquum è minoribus, latus quod subdiuale est, habet fornicatos Carceres, unde equi emittuntur, omnes uno clauso repagulo. Externè ambit Circum simplex contenta porticus, habens officinas, & superne cellas, per quae spectatores intrant, & ascendunt per officinas singulas, ut nulla confusio exoriat inter tot millia, tum uenientia, tum descendentia, &c. Idem



breuius refert libro primo T. Liuius L. Tarquinius Priscus, bellum primum cum Latinis gessit, & oppidum ibi Appiolas uicini cepit, praedaeque inde maiore, quam quanta belli fama fuerat, reuecta, Ludos opulentiùs instructiusque, quam priores Reges fecit. Tunc primum Circo, qui nunc Maximus dicitur, designatus locus est, loca diuisa Patribus Equitibusque, ubi Spectacula sibi quisque facerent fori appellari. Spectare furcis duodenos ab terra Spectacula alta sustentibus pedes. Ludicrum fuit equi, pugilesque ex Hetruria maximè acciti, solennes deinde annui mansere Ludi, Romani, Magnique uariè appellati. Hoc loco commodum uisum est tabellam sex Circos siue Maximum, siue alios è Nomismatibus petitos continentem adijcere, posteaquam de eius extruptione & partibus satis disserui. Prima est Augusti Caesaris, quæ Circum Maximū renouasse ferunt. Secūda, Tertia, & Quarta Traiani, Imperatoris sunt, ubi animaduersione dignum, loco obelisci columnam cochlidem appositam esse. Quinta Caracalli. Sexta Philippi Imperatoris est, ad Ludos seculares ab ipso celebratos referens, quos in Circo & omnibus theatris editos legimus. In ea uidentur obeliscus producto è uertice ramo florens.

Figura Aenea sex Nomismatum. E.

DE RELIQUIS CIRCI PARTIBVS, ET ORNAMENTIS ALIQUOT, ac uarijs Ludorum Circensium mysterijs, significationibusque. Cap. VI.

**Circus.**  **C**IRCVS Soli præcipuè cōsecratus, orbis terrarum similitudinem significabat, quem annuo cursu Sol per duodecim Zodiaci signa, quæ bisseus illis aequalibus ostijs, intelligi uolueret, conficit. Vnde, in libro de Spectaculis ita ait Tertullianus: Circus Soli principaliter consecratur, cuius aedes medio spacio, & effigies de fastigio aedis emicat, quod non putauerunt sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. Cassiodorus etiam: Bisseus quippe ostia ad XII. signa posuerunt. Colores autem inuicem temporum quadrisaria diuisione funduntur. Prasinus, uirenti Verno, Venetus, nubila Hyemi, Roseus, Aestati flammæ. Albus, pruinoso Autumno dedicatus est, ut quasi per duodecim signa digrediens, annus integer signaretur. Sic factum, ut Naturæ ministeria, Spectaculorum composita imaginatione luderentur. Idem Isidorus Etymologiarum libro XVIII. tradit. In ostijs illis Circi (ut supra dixi) erant Carceres, siue equorum emissiones cancellis clausæ, quibus bigæ, & quadrigæ certates emittebantur. Ante quas, ex utraque Carcerum parte, duo parua Mercurij simulachra fuere, funem, seu catenulam manibus ante Carceres tenentes, quibus equi, & quadrigæ apertis iam cancellis, ne ante signum à Magistratu datum, currerent, coercerentur. Signo uerò dato, ita funes compositæ erant, ut ex Hermulorum manibus ministrorum opera statim elaberentur, & equi currere inciperent. De quibus Cassiodorus sic scribit: Bisseus ostia ad XII. signa posuerunt. Hæc ab Hermulis funibus demissis, subita æqualitate panduntur, docentes totum illic (ut putabatur) consilio geri, ubi imago capitis cognoscitur operari.

**D**ionysius. Reliquū ex minoribus latus, quod subdiuale est, habet fornicatos Carceres, unde equi emittuntur, omnes uno clausi repagulo.

**Alba linea.** Alba quoque erat linea, non longe ab ostijs Carcerum in utrumque Circi moenia, quasi regula hinc & inde directæ, iuxta quam equi è Carceribus egressi, cursus certamen inibant. De qua Cassiodorus. Alba linea, non longe ab ostijs in utrumque podium quasi regula directæ producitur, ut quadrigis progredientibus (è Carceribus scilicet, post funis ab Hermulis demissionem) inde certamen oriretur, ne dum semper præproperè conātur elidere, spectadi uoluptatè viderentur populis abrogare. Quum uerò ex ea Circi parte ubi Carceres erāt, ostia sex essent, quattuor ex ijs tantum





MARMOREAE·LVDOIVM·CIRCENSIVM·TABVLAE·QVAE·FVLGI  
Onuphry Panunij Veronensis opera, et typis Venetis Anno salutis ∞ D L XXV





VII. IN PRAETORIO CIVITATIS EXTAT IMAGO DILIGENTER REDDITA

Greg. XIII. papae Cum privilegijs principum







Etum pro Carceribus ueteres ufos fuiffe opinor, quū nifi quattuor factiones currentium eſſent, quae uel metis proximiora, uel ad curſum aptiora eſſe uiderentur. Hinc proculdubio Domitianum motum crediderim, vt quattuor factionibus antiquis, duas nouas adderet, ne duo illa quae ſupererant oſtia, uacua eſſent.

In Circi parte interiore, iuxta inſimos gradus, in harenæ ambitu decurrebat Euripus altus latusq; denos pedes, (vt ait Dionyſius) a Caſare Dictatore (Plinio auctore) in Circi reſtitutione eſſoſſus, additusq; . Caefar enim quum Elephantorum pugnas edere conſtituiſſet, ueritus ne clauſtris (quæ in areae Circi circuitu erāt) erumpentes ſpectatores uexarent, Euripum hunc harenæ circumdedit. Plinius lib. 7. cap. 7. Pompeij (inquit) altero Conſulatu, dedicatione templi Veneris uictricis pugnauere in Circo .xx. Elephāti, aut (ut quidam tradunt) .xvii. Getulis ex aduerſo iaculantibus. Vniuerſi eruptionem tēranēre, non ſine uexatione populi circūdati clauſtris ferreis, qua de cauſa Caefar Dictator poſtea ſimile ſpectaculum editurus, Euripis harenam circumdedit. Tranquillus in Caefare cap. xxxix. Spatiū Circi in gyrū Euripo addito, ab vtraq; parte produxit, Euripū, qui uſque ad Neronis principatum perdurauerat (ut auctor eſt Plinius) idē Nero ſubſtulit, & locum illū Equitibus ſpectandi gratia conceſſit. Quem tamen haud ita longe poſt reſtitutum fuiſſe neceſſe eſt. Si quidem, Euripi Circenſis Q. Florens mentionem facit, ſic: Frigebat dæmonum concilium ſine ſua Matre magna, ea itaque illic præſidet Euripo. Et Caſſiodorus. Euripus (inquit) maris uitrei reddit imaginem, unde illuc Delphini æquorei aquas interfluunt. Lampridius in Elagabalo hanc uocem agnoſcit, Fertur in Euripis uino plenis nauales Circenſes exhibuiſſe. Euripi aqua ubi opus eſſet, Circi ſordes abluebantur.

QVI CIRCVM MAXIMVM RESTITVERINT, AVT IN EO  
ornando operam dederint. Cap. VII.

**C**IRCVS Maximus, & ipſius ornamenta, in dies elegantiora fiebant: nam quæ lignea primum fuere, poſtea lateritia, demum marmorea, & aurata facta ſunt. Circi partes, & aliquando totum ipſum collabētem, uel alio caſu deformatum, reſtaurauerunt, auxerunt, exornauerunt, Caefar Dictator, Auguſtus, Tiberius, Caius, Claudius, Nero, Traianus, & alij Romani Principes, ut infra ſingillatim dicam. Eum à Caefare Dictatore integrum reſtauratum, ampliatiūq; fuiſſe, auctores ſunt Plinius, & Tranquillus. Hic: Spacium (inquit) Circi in gyrum ab utraque parte produxit. Ille uerò lib. .xxvi. cap. xv. ait. Nā ut Circum Maximum à Caefare Dictatore extructum, longitudine ſtadiorum triū, latitudine unius, ſed cum aedificijs iugerum quaternum, ad ſedem ccl. x. millium, inter magna opera dicamus. Eundem Circum (ut tradit Caſſiodorus) reſtaurauit, & exornauit Auguſtus. Sed mundi dominus (inquit) ad potentiam ſuam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam in uallem Murciam tetendit Auguſtus, ut immenſa moles ſummiter præcincta montibus, contineretur, ubi magnarum rerum indicia clauderentur. Hinc extat Nomifina Auguſti cum Circo Maximo, quod ſuprà poſui, eius reſtaurationem proculdubio referens.

Eam Circi partem, quæ Auentino proxima eſt, ipſumq; Auentinum Tiberio imperitante uulſa fuiſſe, refert Cornelius Tacitus libro quinto, ſic: Idem annus graui igne Urbem adſecit, deuſta parte Circi, quæ Auentino eſt contigua, ipſoq; Auentino. Quod damnatum Tiber. Caefar ad gloriam uertit exſolutis domorum, & inſularum pretijs. H. S. millies ea munificentia collocarum, tanto acceptius in uulgum, quanto modicus priuatis aedificationibus. Tranquillus in Domitiano cap. v. refert. Eum ex lapidibus Naumachiae Maximum Circum, deuſtis utrinque lateribus extruxiſſe. Dio auctor eſt, imp. Traianum Circum Maximum collapſum ampliorem, & elegantiorum

*Euripus.*

*Caefar Dictator.*

*Auguſtus.*

*Tiber. Caefar.*

*Domitianus.*

*Traianus*

rem



rem restituisse. Quod ideo se fecisse Traianus inscripsit, ut populum Romanum capere possit. Hinc esse opinor, quod in eiusdem nummis, Circus Maximus percussus adhuc supereat. Ex quibus tres ego supra posui. Iulius Capitolinus in Pio. Circi (inquit) ruina tempore Pij euenit, quem mirificè instaurauit. Ab eius autem successoribus Marco, & Lucio fortè restitutus fuit. Elogabalus Circum columnis pulcherrimis auroque illustrauit, & illius pauimentum ex chryfocolla renouauit. Lampridius in Alexandro: Lenonum, meretricum, & exoletorum vestigal in sacrum Aerariū inferri vetuit, sed sumptibus publicis, ad instauratiōē Circi, Theatri, Amphitheatri, & Aerarij designauit. Quem ab eo restitutum fuisse, duo eius nummi cum Circo, quos supra posui, docere videntur. De Circi columnis, & ornamentis Nazarius in Panegyrico ad Constantinum Augustum: Circo ipsi Maximo (inquit) sublimes porticus, & rutilantes columnæ tantum inusitati ornatus dederunt, ut illic non minus cupidè conueniatur loci gratia, quam spectandi uoluptate. Cum orbis igitur imperio, lasciuia quoque crescente, morumque disciplina corrupta, ita creuit Circi ornatus.

DE QVIBVSDAM AEDIFICIIS, QVAE ERANT AD CIRCVM Maximum. Cap. VIII.

Veneris  
& Summani templa.



Iuuentutis templum.

Herculis templum.

Meretrices ad Circum.

VENERIS, & Summani templa ad Circum Maximum sita fuisse, legimus in fragmentis antiqui Kalendarij. Plinius libro xxxix. cap. iij. Supplicia annua canes pendunt inter aedem Iuuentutis, & Summani, viui in furcas sambucea arbore fixi. Qui verò Deus Summanus fuerit, docet Arnobius lib. v. contra Gentes, sic: Emicuit Súmanus è terris curru quadriugo veſtitatus, simplex & hoc est aequè, nam quadrigarum currus, atque Summanus, interpretatione desiderant nullam, improuisus Proserpinā rapuit & sub terras secum auexit. De Veneris templo Liuius libro x. Q. Fabius Maximi Filius Gurges, aliquot matronas ad populum stupri damnatas, pecunia multauit, ex quo multatitio aere, Veneris aedem, quæ prope Circum est faciendam curauit. Sext. Pompeius Die Vinaliorum Veneri templa sunt consecrata, alterum ad Circum Maximum, alterum in Luco Libitinesi. De aede Iuuentutis idem Liuius libro xxxvi. Iuuentutis aedem in Circo Maximo C. Licinius Lucullus n. vir dedicauit, vouerat eam sexdecim annis ante M. Liuius Consul, quo die Hasdrubalem, exercitumque suum cecidit. Idem Censor eam faciendam locauit, M. Cornelio, Tib. Sempronio Consulibus. Huius dedicandæ causa Ludi facti. Herculis templum ibidem fuisse testantur Vitruuius, & idem Plinius; ille libro iij. cap. ij. sic: Araeostylarum fastigia ornant signis fistilibus, aut aereis inauratis Tuscanico more, uti est ad Circum Maximum Cereris, & Herculis Pompeiani, item Capitolij; hic verò libro xxxiiii. cap. viij. Myro fecit Herculem, qui est apud Circum Maximum in aede Pompeij Magni. Ad Circum Maximum res furto ablatas sub crepusculum vendi solere in Horatium scribit Hellenius. Meretrices ibidem mansisse, elicitur ex Lampridio in Elogabalo: Omnes de Circo (inquit) de Theatro, de Stadio, & de omnibus locis, & balneis meretrices collegit, in aedes publicas, & apud eas concionem habuit tanquam militaris. Et infra: Ferrur & vna die, ad omnes Circi, Theatri, Amphitheatri, & omnium Urbis locorum meretrices reclusus cucullione mulionico, ne agnosceretur, ingressus. Iuuenalis Satyra iij.


*Hæc non gentilia tympana secum,  
Vexit, & ad Circum iussus prostare puellas.*

Prope Circum Maximum erat signum Vortumni. De quo Peditanus in illa uerba orationis iij. in Verrem. A signo Vortumni ad Circum Maximum, signum Vortumni (inquit) in ultimo vico Turario est sub Basilicæ angulo flectentibus se ad prostamæ dexteram partem. Vortumnus autem Deus inuertendarum rerum est, id est mercaturæ.

Circus




DVO AGITATORVM·MARMOREA·SEPVLCRA·CVPIDINVM·AVRIGANT  
*Onofrij panisnij Veronensis opera, et formis diligenter delineata Venetis Anno salutis*





VM. SIGNIS ORNATA. QVAE ROMAE IN PRIVATORVM CIVIVM AEDIVS EXTANT  
∞ DLxxx Gré. XIII. Papa, Cum principijs





**E** Circus autem Maximus est idem, in quo nunc Circensia spectantur. Prope Circum Maximum erat velabrum de quo Plutarchus in Romulo, Ei loco velabro nomen est, quod incremento superfuso flumine nauiculis traicientes ea parte fori appellarent, traiectum enim uelatum Romani vocant. Quidam uerò dicunt velabrum aditum esse eum quo in Hippodromum ex foro itur, quem qui Ludos exhiberent hinc exorsi uelut operire soliti fuerant.

Romulus ut ait Plutarchus in eius uita, eam Urbis partem incoluit, qua ex Palatio in Circum Maximum itur, iuxta quem locum sunt quos pulchri littoris gradus uocant. Eodem in loco ferunt sacrum cornum fuisse. Prope Circum erat imago magna A polinias Carthagine aduecta, & T. Quinctij Flamini, qui Philippum Macedonum Regem uicit, aenea statua cum Graeca inscriptione, ut Plutarchus in eius uita tradit.

**F** Quum multis tabellis Circensia curricula exprimentibus abundem, eas per totum volumen ubi opportunius existimaui collocari posse, interposui. Hoc loco antequam curricula Circensia exponere incipiam, operæ uisum fuit, duas tabellas ex totidem uetustis pilis (quorum prior est in aedibus Vallensibus, alter uerò incerti domini Romae in regione montium extat) aptare, quae genios seu pueros aurigantes complectuntur, item metas, oua, delphinos, obeliscum, aram, & sacellum. Quae singula infra periam. Et quamquam lusus hi pueriles penè secti sint, rectè tamen Circensium curricularum formam aperiuunt: ijs notantur duo agitatores qui in aurigando è curribus cadentes mortui sunt, quod saepe usu ueniebat, ideo Horatius:

*Metasq; seruidis uisitata rotis.*

**G** Figura Aenea duorum agitatorum è curribus cadentium. **F.**

**DE CURSV PRIMA CIRCENSIVM SPECTACVLORVM PARTE, item de vario curruum, & equorum genere, ac mysteriorum aliquot curulium significatione. Cap. IX.**

**G** **N** Circo Maximo multa Spectaculorum genera fieri ab antiquis consueuisse, ueterum annalium commentaria perscrutati manifestum erit. Quae mihi ea accuratius ex iisdem monumentis contemplanti, & disquirenti, octo sese obtulerunt. Praecipuum & proprium cursus, siue certamen Curule & Equestre; Gymnicum uel Athleticum; Pompa; Ludus Troiae, Venationes, Pugnae Equestres, & Pedestres, Naumachia; Et aliquando Ludi Scenici. De prima ergo Ludorum Circensium parte, ante ipsius etiam Circi ex aedificationem usurpata, & à Romulo Urbe recens condita, inuenta, primo dicam; eiusque significationem argumenta, & mysteria aperiam; mox de reliquis disseram.

*Circensia Spectacula octo.*

Cursus igitur certamen Romae primus inuenit Romulus, cui Tarquinius certum locum assignans, Circum Maximum condidit, & cursus ludicos in varia certamina equestria, & curulia, equorum, bigarum, trigarum, & quadrigarum distincto, exornatoque, secundam partem Gymnicam, siue Athleticam adiunxit.

*Cursus primum certamen Circense.*

**H** Initio (inquit) Seruius, propter equorum inopiam, legimus ueteres in agitando Circensium Ludicris, diuersis usos esse animalibus; postea equis tantum, qui curribus adiuncti, cursitabant. Ex quibus primum locum obtinent bigae. Hae currentes Lunam imitari putabantur, quae gemino cursu cum Sole contendit, siue quod nocte uideatur & die, ideoque bigis alterum equum nigrum, alterum candidum iungebant, qui noctem, & diem representarent. Bigarum inuentionem Plinius Phrygibus; Isidorus Cyristeni Sicyonio tribuunt, ille enim lib. vii. cap. lvi. Bigas (inquit) primum iunxit Phrygum natio; hic uerò ita: Iugo primus Cyristenes Sicyonius equos iugauit, eosque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicauit, quos Graeci Scirophoros, Latini funales uocant, à genere uinculi quo prius alligabantur. Dexteris uerò bigae

*Bigae.*

uictor



Victor Marti immolare solebat. Plinius lib. xxxiii. cap. v. Non uetus bigarum celebratio fuit, in ijs qui Præturâ functi, curru uecti essent per Circum, Trigæ in Deorum inferorum honorê constitutæ erant, quod ex tribus ætatibus homines raperentur, infantes scilicet, iuuenes, senes: ita Isidorus. Dionysius libro vii. In equestribus Circensium certaminibus, duo quædam prisorum Græcorum instituta à Romanis seruabantur. Alterum trigarum, quod defecit in Græcia, usitatum Heroum temporibus, ut Homerus testatur, eorum prælia describens, quo duobus equis Bigarum in morem iunctis, adiungebatur tertius funalis, loramentis adnexus, quem inde Græci uocabant. De equo funali Tranquillus in Tiberio cap. vi. Pubescens Actiaco triumpho, currum Augusti comitatus est sinistiore funali equo, quum Marcellus Octauiæ filius dextiore ueheretur. Statius lib. vj. Thebaidos.

*Nominibusque cient Pholæu, Admetus, & Irima  
Funalemque Thoers.*

*Quadrige.* Quadrigas Soli sanxerant, quod Sol per quattuor anni tempora singulis annis ueratur. Plinius lib. vii. cap. lvi. Ericthonius Athenarum Rex, Mineruæ, & Vulcani filius, uel de caduca in terris libidine (ut Poetæ fabulantur) procreatus, primus quattuor equos curru adiunxit. De quo Virg. iij. Georgicorum.

*Primus Ericthonius currus, & quattuor ausus  
Iungere equos, rapidisque rotis insistere uictor.*

Quem (ut Acrophilus Argiuus auctor est) Iunoni primæ dicauit. Ita Tertullianus. Qui etiam refert Romulum quadrigas Romæ primum ostendisse.

De quadrigarum, trigarum, bigarumq; curribus Plinius lib. viii. cap. xlii. Nam in Circo ad currus iuncti equi, non dubiè intellectum adhortationis, & gloriæ fatentur. Item Tranquillus in Cæsare cap. xxxix. Circensibus quadrigas, bigasque, & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Idem in Tiberio cap. xxvi. Natalem suum plebe incurrente Circensibus, uix unius bigæ adiectione honorari passus est. Idem in Claudio cap. xxi. Ac super quadrigarum certamina, Troiæ Ludum exhibuit. Et in Domitiano cap. lxi. Spectacula magnifica assidue, & sumptuosa, non in Amphitheatro modò, uerum & in Circo edidit, ubi præter solennes bigarum, quadrigarumq; cursus, prælium duplex equestre, ac pedestre commisit. Dio libro lx. Ludis triumphalibus ob uictoriam Britannicam, Claudius equorum certamina tot promisit, quot dies ille admitteret. Plura tamen quam decem non fuere. Nam inter equorum cursum feræ cædebantur, athletæ certabant, pueri ex Asia eucati pyrrhicam saltabant. Lampridius in Commodò. Voluit & in Circo quadrigas agitare. Idem de Elagabalo: Quadrigas Circensium in triclinijs, & porticibus semper sibi exhibuit. Martialis lib. viii. ad Domitianum.

*Dum te longa sacro uenerantur gaudia Circo,  
Nemo quater missos currere sensit è quos.*

Gellius lib. xix. cap. viii. Quadrigas etiam si currus unus equorum quattuor uictorum agmen unum sit, plurali semper numero dicendas putat M. Varro. Horum curruum simulachra æneis tabellis ex uetustis monumentis, supra satis expressi. Seiugarum maximus currus Ioui dicatus erat, quod maximus Deorum Iuppiter esset. Septem, decemque iugis aliquando aurigatum fuisse refert Suetonius in Nerone, cap. xxiv. ubi ait Aurigauit quoque plurifariam, Olympijs uerò etiam decemiugem. Septemiugis mentio est in antiqua Cecchinorum tabula. At uerò non solum equos curribus comittere ueteres consueuisse inueni, uerum etiam Elephantos, & Camelos, ut auctores sunt Suetonius, & Lampridius; Ille in Nerone cap. xi. sic: Commisit Camelorum quadrigas ludis; quos pro æternitate Imperij susceptos, appellari maximos uoluit. Ex utroque ordine, ac sexu plerique ludicras partes sustinuerunt; Hic in Elagabalo. Iunxisse etiam ferunt Camelos quaternos ad currus

*Seiuges.  
Septemius  
ges.  
Decemiugis.*

**A** currus in Circo, priuato spectaculo. De Elephantis uero Tranquillus in Nerone cap. XI. Notissimus Equus Romanus Elephantum superfedens, per Catadromum decurrit. Et Lampidrius in Elagabalo: Fertur Elephantorum quadrigas quatuor in Vaticano agitare, dirutus sepulchris quæ obsistebant. Curribus rotis uetis significabant, quod orbis iste circulari celeritate omnia percurrit; siue ad Solis similitudinem, qui circulari ambitu totum mundum lustrat. Vnde Ennius,

*Inde patefecit radijs rota candida Cælum.*

Rotæ uero Orientis & Occidentis terminos designabant. Currus ipse à cursu dictus est, uel quia rotas habere uidetur, unde & carrum quasi curruum: ita Isidorus. Hætenus de curribus, nunc de equis; qui uel singulares currebant, uel defultorij erant.

Qui singulares, idest singillatim currebant equi, Castori & Polluci ab antiquis dicti fuere, quibus equos à Mercurio distributos fuisse, Stesichorus docet. Plinius libro VII. cap. LVII. auctor est, equo uehi primum instituisse Bellerophontem, Pelethronium uero fraenos, & strata equorum inuenisse. Quin & Equestri Neptuno equi facti erant, quem Græci *ιππῶν* appellabant, quod is primus tridente suo terra percussa, equos protulerit. Equi porro singulariter currentes, uitæ nostræ specimen representabant, quod singulatim unusquisque cursum uitæ suæ seorsum conficit, alijque eodem & diuerso tempore, alios sequuntur, imò duntaxat mortis curriculo, usq; ad obitum extremam metam. Ita Isidorus Etymologiarum libro XVIII. cap. XXXVIII. De equis singularibus Dionysius lib. VII. Peracta pompa, certamina spectantur equorum, quorum primum erat, quadrigarum, bigarum, singulariumq; equorum cursus, quemadmodum in Olympijs fieri solet. Suetonius in Caio, cap. LV. Incitato equo, cuius causa pridie Circenses, ne inquietaretur uicinie silentium per milites indicere solebat, &c. Scilicet ut equus quietus, paratior, agiliorq; ad cursum esset. In his quas supra posui tabellis equos singulares uidimus.

**C** defultoribus dicti sunt, quorum ars erat, equos eligere, alere, ac docere, & ex eis binos trahere, & singulo septem curriculum alternatim ex uno in alterum mira celeritate transilire, ut Isidorus docet. Erant igitur equi defultorij duo, sine ephippijs adiuncti, dicti, quod ex his facile desiliant defultores. Erant equi defultores etiam in exercitijs, qui equitibus singulis presto erant, exercitatis ita militibus, ut uno de uia fesso, desilire possent in recentem. Lilius lib. XXIII. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus defultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam sepe pugnam in recentem equum, ex fesso armatis transfultate mos erat. Varro lib. II. de re rustica: Peritus (inquit) belli aliter equos deligit, alit, ac docet; aliter quadrigarius, ac defultor. Tranquillus in Cæsare cap. XXXIX. Quadrigas, bigasque, & equos defultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Hos innuere uidetur Propertius lib. IIII. in Fabula Vertumni, sic:

*Est etiam auriga species Vertumnus, & eius*

*Transiit alterno qui leue pondus equo.*

**D** Quidam equos singulares, & defultorios, nullo præmio currere solitos fuisse existimant, sed equos singulares bigis, quadrigisq; ministros, atq; adhortatores; defultorios uero præcursorios fuisse existimant. Quam sententiam confirmare uidetur Cæsius in Epistola ad Faustum prepositum, quum ait: Equi defultorij, per quos Circensium ministri, missos nunciant exituros, Luciferi præcursorias uelocitates imitantur. Sic accidit, ut dum se colere putarent astra, religionem suam ludicra similitudine profanarent. Quod defultorium genus diuersum à superiori esse uidetur. Existimarem ego equos quosdam fuisse singulares, qui præmio currerent, quum id clare ex Dionysio, Isidoro, & tabulis antiquis intelligatur. Alios uero equos, qui nullo uictoriæ præmio currentes bigas tantum, & quadrigas tanquam ministros, & adhortatores



tatores comitarentur. Nam in uetustis tabulis aurigarum currus equus singularis antece-  
 dit. Equos uero defultorios cum premio currere, quemadmodum bigas & qua-  
 drigas: Præterea quæ supra ex Suetonio, & Isidoro citauimus, etiam Lilius lib. XLIII.  
 docet his uerbis: Nam Circensi ludicio semel quadrigis, semel defultore misso, uix  
 unius horum tempus utrumque Curriculum complebat. Cæterum, quum proximum  
 locum ante currus, & fortè Cassiodori tempore haberent, per eos bigarum, & quadri-  
 garum cursus hac ratione denunciabantur, ut scilicet spectatores intelligerent, uisus  
 defultorius, proximè curius esse agitandos. Cicero in Oratione pro L. Muræna. Re-  
 spondebo igitur Postumio primum, qui nescio quo pacto mihi uidetur Prætorius can-  
 didatus in Consularem, quasi defultorius in quadrigarum curriculum currere. Quod  
 tanquam insolitum damnare Cicero uidetur. Hoc loco duas Circi delineationes ad-  
 iicere commodum fuit, quarum prior, quæ aurigas bigis insidentes, obeliscum, metas,  
 oua, & delphinos continet, marmoreo pilo in aedibus Cardinalis Sarraceni extat. Se-  
 quens Circi spectatores, moenianum, Cybelem leoni insidentem, Circensium indices, F  
 obeliscum, aras, metas, delphinos, oua, uictoriam, aediculam, aurigam uictorem coro-  
 natum, & eum ad uictoriam excitantes socios comprehensèdentes marmoreo frusto extat  
 in aedibus Maffeorum. Vtriusque tabule accuratam explicationem infra adijciam.

Ænea Figura binæ Aurigationis Circensis. G.

DE AGITATORIBVS, SEV AVRIGIS, ET EORVNDÈM  
 quattuor factionibus. Cap. X.

*Auriga.  
 Agitato-  
 res.*



I porro qui curribus, seu equis insidentes, eosdem circum metas agita-  
 bant, aurigæ, siue agitatores, bigarij, & quadrigarij appellabantur. Au-  
 riga dictus est, (ut docet Isidorus) quod currum agat, & regat; siue quod  
 iunctos equos feriat, nam aurire, idem est, quod ferire, unde illud: La-  
 tus aurit apertum. Idem est is, qui agitator dicitur, id est uerberator, ab  
 G  
 agendo (auctore Isidoro) dictus. Cicero ad Atticum lib. Epistolarum XIII. Nec est  
 melius, quam ut Lucullus sustineat currum, equosque, ut bonus sepe agitator.  
 Et Virgilius lib. Georgicorum.

*Centum quadrigas agitato ad flumina currus.*

*Bigarij.  
 Quadri-  
 garij.*

Bigarij & quadrigarij à curribus bigarum, & quadrigarum dicti. Tranquillus in  
 Caio cap. XIX. Quadrigario habitu curriculo biugi famosorum equorum per pon-  
 tem ultrò citròque commeauit. Et in Nerone cap. XVI. Vetiti quadrigariorum lu-  
 sus, quibus inueterata licentia, passim uagantibus, fallere ac furari per iocum ius  
 erat. Aurigarum siue agitatorum Societates factiones appellabantur. Sext. Pom-  
 peius. Factio & factiosus, initio honesta uocabula erant, unde adhuc factiones hiltro-  
 num, & quadrigariorum dicuntur. Quorum duo initio factiones erant, à uestium co-  
 loribus, quibus dum cursarent induebantur, nomina fortiti, Alba scilicet, & Rubea,  
 siue Russata; qui quum certatim pedibus siue curribus insidentes currerent, & ma-  
 H  
 gno Populo Romano oblectamento erant, & sacra Circensia perficiebant. De qui-  
 bus Tertullianus: Hæc (inquit) ab initio duo soli fuerunt colores Albus, & Russus.  
 Albus Hyemi ob niues cædidas, Rubeus Ætati ob Solis ruborem uoti erant. Sed po-  
 stea tam uoluptate, quam superstitione, prouecta, Russus alij Marti, alij Zephyris Al-  
 bum consecrauerunt, duobusque; additis Prasino & Veneto. Prasinum Terræ Marti,  
 vel Verno: Venetum Cælo, & Marti, vel Autumnno deuouerunt. Ita ex duabus quat-  
 tuor factiones factæ sunt. Prasina, Russata, Veneta, & Albata.

*Factiones  
 quattuor.  
 Prasina.*

Prasinus autem est color uiridis ad similitudinem porri. Nam *πρασινον* Latinè por-  
 rum dicitur. Hinc uestes è uiridi lerna Prasina dicuntur. Martialis lib. X. ad Sextilianum.

*Et quam donabas dictis à Marte Kalendis.*




*[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*

AVRIGATIO · CIRCENSIS · EX · MARMOREO · SEPVLCHRO · QVOD ·  
CIRCVM · EXTAT · EXPRESSA



AVRIGATIO - celui qui conduit un char; CIRCENSIS - 13. Au cirque; d'après les monnaies, etc.



CIRCI · ET · LVDICRI · CIRCENSIS · ANT · IQVOM · MARMOREVM · FRVSTVM · C

Onuphrij Panuinij Verulanensis opera aeneis formis accurate expressum Venetijs Anno



ROMAE · IN · AEDIBVS · CARDINALIS · SARRACENI · AD · AGONALEM



G  
Pag. 18

*Tambon - Script*

*Rama Maurer*



VOD · IN · AEDIBVS · MAEIORVM · ROMAE · AD · THERMAS · AGRIPPINAS · EXTAT

aditis ∞ BLXXX G. XIII · PONT · MAX · Cum privilegijis





Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a title or a caption.

**A** De nostra Prasina est Synthesis empta toga.  
 Prasina etiam est gemmę genus uiride, de qua Plinius lib. xxxvii. cap. viii. De Prasina factione Suetonius in Caio cap. lv. Prasinae factioni ita additus, & deditus ut cœnaret in stabulo assidue, & maneret. Agitatori Eutycho commestatione quadam in apophoretis H-S vicies contulit. Idem in Nerone cap. xxiii. Equorum studio, uel præcipuè ab ineunte ætate flagrauit, plurimusque illi sermo, quãquam uetaretur, de Circensibus erat: & quondam tractum Prasinum agitatore inter condiscipulos quęrens, obiurgante magistro, de Hectore se loqui ementitus est. Dio lib. lix. Caius prasina factione summoperè delectabatur, ita ut locus in quo solebat aurigare, etiam num Caianus ab eo dicitur. Capitolinus in Vero, Amavit aurigas, prasino fauens. Dio in Commodo. Domi prasino ornatu currus agebat, ibiq; magnum beluarum numerum confecit, multas etiam interfecit publicè. Idem in Caracallo: Agitatores prasini uicti, & uiderunt in summo obelisco graculum maximè garientem. Eum omnes

**B** spectare, ac repente uno ore ita conclamare cœperunt. AVE MARTIALIS. Idem in Elagabalo: Currus agitabat prasino uestitu, idq; domi intra priuatos parietes facere uidebatur. Martialis lib. xi. de prasino.

*Sæpius ad palmam Prasinus post fata Neronis*

*Peruenit, & uictor præmia plura refert.*

*I nunc liuor edax dic tu cessisse Neroni*

*Vicit nimirum non Nero, sed prasinus.*

Et in lib. xiii. Xeniorum, Porphyrius

*Nomen habet magni uolucris tam parua gigantis*

*Et nomen Prasini Porphyrius habet.*

Idem lib. x. ubi parat conuiuium.

*De Prasino conuiuia meus, Venetoque loquatur,*

*Nec facient quemquam pocula nostra reum.*

**C** Et Iuuenalis quid Prasinus color significet, ostendit Satira xj.

*Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem*

*Percutit, euentum uiridis quo colligo panni.*

Extant aliquot uetusta factionis Prasinae aurigarum monumenta, quorum vnum hic subijcere placet.

*In Palatio Cancellaria Apostolica apud S. Laurentium  
 in Damaso, basis grandis in capite scalarum.*

A	M . AVRELIO . LIBERO	G
R	PATRI . ET . MAGISTRO	E
A	ET . SOCIO . DOMINO	N
M	ET . AGITATORI . FACTIONIS	T
E	PRASINAE	I
T	AVRELIVS . CAECILIVS . PLANETA	N
I	PROTEGENES . OB . III . PAJ MAR	I
N	HOC . DONVM . VOVI	C
I	NATIONE . AFR I	A
C		
A		

*In domo Luciorum in Capitolio.*  
 TI . CLAVDIO AVG . L  
 EPAPRODITO  
 AGITATORI FACTION .  
 PRASINAE  
 ANICETVS AGITATOR  
 FACTIONIS EIVS D . MAGISTER  
 SVO

vbi in hac inscriptione notatione digna sunt illa verba in vtraque extremitate appo-  
sita, dimidata Latine, & dimidiata Græcè, scilicet,

ARAM . ANTI . NICA  
GENTI . NICA idest

Aram pro Victoria Genti victrici (supple) dedicauit.

*Russata.*

Altera factio Rosea, siue Rubea, siue Russata appellabatur, à rubei coloris vesti-  
mentis nomen sortita. Russus enim, siue Russarus, siue Roseus appellationes rubei  
coloris sunt. Apud Liuium mentio est Russati aurigæ. Plinius lib. VII. cap. LIII. In-  
uenitur in actis Felicis Russati aurigæ, iam igne illato in rogam eius, vnum è fauenti-  
bus iniecisse sese. Hanc factionem Marcialis Coccinam vocauit, lib. XIII. Apopho-  
retorum sic. LACERNÆ COCCINÆ Æ.

*Si Veneto Prasinoue faues, qui Coccina sumis*

*Ne fias ista transfuga veste, vide.*

Huius factionis vetusta hæc extant Epigrammata.

*Præneste in Palatio Episcopi in basi.*

C . APPVLEIO . DIOCLI  
AGITATORI . PRIMO . FACT.  
RVSSAT . NATIONE HISPANO  
FORTVNÆ PRIMIGENIÆ

D D.

C . APPVLEIVS NYMPHIDIANVS  
ET NYMPHIDIA . FILII .

*In Capitolio sub porticu domus Conseruatorum.*

CL . AVRELIO . POLYPHEMO  
DOMINO . ET . AGITATORI  
FACTIONIS . RVSSATÆ . TOGENI  
CAESARIVS . SVI . TEMPORIS . PRIMO  
ET . SOLO . FACTIONARIO . OB . GLORIA

DEDICATA  
AVRELIANO  
AVG. III. MAR-  
CELLINO  
XIII. KAL. FE-  
BRARII.

*Veneta.*

Tertia factio Alba, seu Albata uocabatur, quod uestibus albis amici eius factio-  
nis aurigæ cursitarent. De hac Plinius lib. VIII. cap. XLII. mentionem facit, cum ait:  
Claudij Cæsaris secularium Ludorum Circensibus, excussa Auriga Albati equi pal-  
mam occupauere, primatum obtinuerè, opposita est undens omnia, quæ cõtra æmu-  
los debuissent, peritissimo auriga insistente, facientes. Quum puderet hominum ar-  
tes ab equis uinci. peracto legitimo cursu ad metam steterè: Albata factionis etiam  
mentio extat in antiqua Dioclis Tabula, quam infra adijciam. Quarta aurigarum  
factio Veneta dicebatur, à Veneto, idest ceruleo colore denominata, qui color (teste  
Vegetio) est fluctibus marinis similis. Lampridius scribit Elagabalum comedisse pi-  
sces conditura Veneta coctos, idest quasi in marina aqua, cum colore suo. Vegeti-  
us lib. III. de re militari scribit, nauas veste Veneta indui debere, & vela nauium  
exploratoriarum colore Veneto esse pingenda, vt similitudine coloris marini facilius  
lateant, hostilesq; oculos fallant. De hac factione extant ueterum auctorum, & lapi-  
dum testimonia. Tranquillus in Vitellio cap. XIII. Quosdam de plebe ob id ip-  
sum quod Venetæ factioni charè maledixerant contèptu sui, & noua spe id aulos opi-  
natus, occidit. Capitolinus in L. Verò. L. Verus p̄fens cum Marco sedens, multas à  
Veneticis est passus iniurias, quod turpissimè contra eos faueret. Dio in Caracallo:  
Agitabat currus ornatu Veneto, & ad omnia ardentissimus, atq; incitatissimus erat.  
Lampridius in Elagabalo: Æstiuu conuiuia coloribus exhibuit, vt hodie prasinum  
vitreum,



A vitreum, alia die Venetum deinceps exhiberet. Veteres uero & particulares inscriptiones factionis Venetæ infra commodiore loco ponam. Hic adijciam tabulæ mar moræ elegantissimæ exemplum, quæ Romæ in domo Cocchinorum in Campo Martio extat, diligenter à me exscriptum.

C. APPVLEIVS. DIOCLES. AGITATOR. FACTIONIS. RVSSATAE.

Hispanus. Lusitanus Annorum xxxxi. Men. vii. d. xxiii. AGITAVIT. In Factione alb. Acibio Auiola & Corellio Panfa Cos.

M. Vicit in factione eadem M. Acilio Glabrione C. Bellicio Torquato Cos. Primū agitauit. In Factione Præsina Torquato Asprenate. II. & Annio Libone. Cos. primum uicit.

E. iussata. Leonato. Pontiano. & Antonio. Rufino. Cos. Summa quadriga. agitauit. Annis. xxiiii. Missus. Octio. iii. cclvi. C. Lxi. a pompa cx Singulorum. uicit. x. Lxiij. Inde. præmia maiora uicit Lxxxxi. xxx. xxxii. ex.

B His. Seiuges. ij. xxx. xxvij.

S. ii. l. xxviii. Inde Septeiu. l. lx. ij. Binarum. uicit cccxxxvij. Trigas. ad Frs. xv. iij. Ternarum uicit.

L. ad honorem uenit. x.

Fundas. dxxx. lxi. Tertias. dlxxvi. Quartas. ad. lts. x. i. frustra. exit. xccccli.

ad. uenetum. uicit. x. ad. albatum. uicit. Lxxxxi. Inde. ad. lts. xxxij. s.

VMVM. lts. cclvii. Lxiij. cxx. præterea. bigas. M. uicit. iii. ad. albatu. L. ad. prasinu. ii. occupauit. & uicit. dcccxv. Successit. & uicit. Lxvij.

T. xxxvi. varis. Generibus. uic. xxxij. eripuit. & uicit. ij. prafinis. ccxvi. Venetis. ccv. albatis. Lxxx. Equos. centenarios. fecit. N. viii. & ducenar. L.

Insignia eius.

— to. sibi. quo. anno. primum. quadrigis. uictor. extitit. bis. eripuit. bis. agis. continentur. aulium. Teren. factionis. suae. primum. omnium. uicisse. x. xi. ex. quibus. anno. uic. plurimum. uicendo. uicit.

C — no. primum. centum. uictorias. consecutus. est. uictor. c. ij. singularum. uicit. lxxx. — iij. adhuc. augens. gloriam. tituli. sui. precessit. Thallum. factionis. suae. qui. prius. in. factione. iussata.

— cles. omnium. agitatorum. eminentissimus. quo. anno. alieno. principio. uictor. c. xxxiiij. Singularum. uicit. cxvii. quo. titulo. præf. præcessit. omnium. factionum. agitadores. qui. unquam. recensum. interfuerunt. omnium. admiratione. merito. notatum. est. quod. unq. anno. alieno. principio. duobus. introiugis. Cotyno. & Pompeiano uicit. Lxxxviii. IX. i. l. iij. XI. i. xxx. ii. Iouis. prasinæ. uictor. x. xv. primus. omnium. urbis. Condita. ad. lts. l. uicit. vij. Diocles. præcedens. eum. introiugis. tribus. abigeio. lucido. parato. l. uicit. viii. omnium. uenustum. epaphroditum. tres. agitadores. miliarios. factionis. Venetæ. ad. lts. l. uicissent. xi. Diocles. Pompeiano. & Lucido. duobus. introiugis. l. uicit.

D — Factionis. prasinæ. uictor. x. xxv. & Fluius. Scopus. uictor. ii. xl. viii. & Pompeius. musclosus. uictor. ij. dlviii. tres. agitadores. uictores. vi. dcxxxij. ad. lts. l. uicerunt. xxviii.

— uentissimus. uictor. xcccclx. & l. uicit. xxviii. nobilissimo. titulo. Diocles. niter. cum. Fortunatus. factionis. prasinæ. In. uictore. Tusco. uictori. cclxxxvi. l. uicit. ix. Diocles.

— R. c. l. ii. l. lx. lxx. i. nouis. coactionibus. & nunquam. ante. titulis. scriptis. Diocles. emines. quod. vna. die. feiuges. lts. xli. missus. bis. utraque. uictor. eminuit. ad. quæ. amplius.

— Suisque. septem. equis. in. se. iunctis. nunquam. ante. hoc. numero. equorum. spectato.

- ſpectatō. certamine. ad Lts. L. in. abigeis. uictor. emittit. & ſine. flagello. alis. E  
 — certaminibus. ad Lts. XXX. um. uifus. effer. his. nouitatibus. duplici. orna-  
 tus. eſt. gloria. Inter. miliarios. agitadores. primum. locum. obtinere. uidetur.  
 Pontius. epaphroditus. factionis. Venetae.  
 — nini. aug. Piſ. ſolus. uictor. xccccLxvij. ſingularum. uicit. ccccxi. ad Dio-  
 cles. praecedens. eum. uictor. xccccLxij. inter. ſingulares. uicit. xLxiiiij.  
 Iſdem. temporibus.  
 — & uicit. ccccxLvij. Diocles. eripuit. & uicit. Diu. Diocles. agitator. quo. anno. vi-  
 cit. cxxvij. Abigeo. Lucido. Pompeiano. Introiugis. tribus. uictor. Cij. Inter.  
 — inentes. Agitadores. Introiugis. aſris. plurimum. uicerunt. Pontius. epaphrodi-  
 tus. factionis. Venetae. In. bubalo. uicit. cxxxiiiij. Pompeius. Muſcloſus. fa-  
 ctionis. praſinae — xv. Diocles. Superatis. eis. in. Pompeiano. uictor. Clj. ſin-  
 gularum. uicit. cxxxxiiiij. ampliatis. titulis. ſuis. Cotyno. Galata. Abigeio.  
 Lucido. Pompeiano. Introiugis. quinque.  
 Victor. xxxv. ſingularum. uicit. cccLxxxvvi.

Has porro quattuor factiones, his ideo coloribus ueteres diſtinxerunt, ut per eos  
 quattuor elementorum Terræ, Ignis, Aeris, & Aquæ ſimilitudines redderent. De qui-  
 bus Caſſiodorus: Colores (inquit) in uicem temporū quadrifaria diuiſione fundun-  
 tur. Praſinus uirenti Verni. Roſeus ſtati flammæ, Albus pruinoſo Autumni, Ven-  
 etus nubili Hyemi dicatus eſt. Ita ille. Quamquam multo melius Tertullianus, qui  
 Venetum Autumni, Albatum Hyemi comparat. Alij Praſinos Terræ uirentis, flo-  
 rumque; Roſeos Martis, à quo Romani originē trahunt, quod is ſanguine gaudeat;  
 Albos Zephyrorum, & Terreſtrium tempeſtarum; Venetos uerò Aquarum, uel Ae-  
 ris, quæ cæruleo colore ſunt, ſimilitudines habuiſſe produnt. De his quattuor factioni-  
 bus Sext. Rufus in libro de Regionibus Urbis Regione IX. Circus Flaminius uoca-  
 ta, mentionem facit. Qui haud longè ab eo Circo ſtabula quattuor factionum fuiſſe  
 ſcribit, quæ, ut ex antiqua inſcriptione C. Appulei Dioclis ſupra ſcripta conſtat, pro-  
 pè palatium Cancellariæ Apoſtolicæ fuere, in eiufdem enim exedificatione eadem  
 baſis inuenta eſt. De ſtabulis aurigarum Tacitus libro xvij. Vitellius ſola perden-  
 di cura ſtabula aurigis extruere intentus, & Circum gladiatorum, ferarumque ſpe-  
 ctaculis opplere, tanquam in ſumma abundantia pecuniæ illudi. Ad has autem quat-  
 tuor ueteres factiones, duas alias aurati, purpureique panni Domitianum addidiſſe  
 Tranquillus cap. vii. & Dio auctores ſunt. de factione purpurea Martialis libro x.  
 Apophoretorum Flagellum.

*Proſicies nihil, hoc cedas licet uſq; flagello,  
 Si tibi purpureo de grege currit equus.*

Quas tamen poſt ipſius cædem, quum omnia eius acta propter nimiam crudelita-  
 tem à Senatu recifa eſſent, ſublataſ fuiſſe exiſtimo, iterumq; ad quattuor numerum re-  
 dactas, quod ſequentibus Principibus, non niſi priores quattuor factiones (ut pluri-  
 mum) recordentur. Quamquam Dio in Seuero, Commodi, & Seueri tēpore, aliquan-  
 do in Circo ſex curribus certatum fuiſſe ita referat: Quum eſſet ante Saturnalia po-  
 ſtremus dies Ludorum Circenſium, ad quos magna hominum multitudo confluxit,  
 ut ſpectaret currus certantes inter ſe ſenos, ut factum fuerat Commodi temporibus,  
 quos nemo interim collaudabat, ut erat conſuetudo, at poſtquam illi ſuos curſus cō-  
 ſecerunt, ac aurigas ad alterum curſum aggredi oportuit, qui tacuerant ante, repente  
 ſimul omnes maximo plauſu manuum conclamant, populo Romano felicitatem ac  
 ſalutem precantur, Urbem Romam, Reginam, atq; immortalē uocant.



## A DE AVRIGARVM, SIVE AGITATORVM CONDITIOE.

Cap. XI.



VRIGAS verò & agitadores seruos, siue libertinos, siue aduenas fuisse, *Aurigæ ignobiles*  
 ex Dione in Hadriano constat. Qui ait: Quum in quodam spectaculo aurigam quendam liberum fieri cum clamore populus rogaret, Hadrianus per tabellam respondit, docens, iniquum esse alienum seruum liberum facere, & eius domino vim & iniuriam fieri. Eam enim artem

ingenuo civi Romano exercere probro erat. Quod tamen deprauata Rep. aliquando ab adolescentibus nobilibus factitatum fuisse legimus, eam ob rem infames habitos. Paedtaus in Oratione contra C. Antonium, & L. Catilinam, super ea verba M. Tullij. Atque ut istum omittam, in exercitu Sullano prædonem, in introitu gladiatorum, in Victoria quadrigarium, &c. De Antonio (inquit) dici manifestum est; sed

**B** dicit eum in exercitu Sullæ prædonem, propter equitum turmas, quibus Achaïam iam ab eo vexatam significauimus. In introitu gladiatorum, pertinet ad inuidiam proscritionis, quæ tum facta est. In victoria quadrigarium, quod quum Sulla propter victoriam Circenses faceret, quadrigas C. Antonium, & alios quosdam nobiles homines agitasse. Præterea redemptas Antonius habebat ab aerario nequigales quadrigas, quam redemptionem Senatori habere licet per legem. Fuit autem notissimus in Circo quadrigarum agitator Boculus. Senatores quandoq; quadrigas agitasse refert in *Senatores aurigæ.*  
 Caligula Tranquillus, cap. xii. Edidit Circenses plurimos à mane usque ad vesperam, interiecta modo Africanarum uenatione, modo Troiæ decursione. Quosdam autem præcipuos, nec ullis nisi ex Senatorio ordine aurigantibus. Dio in Nerone: Id uerò turpissimum uisu, atq; grauisimum fuit, quod uiri foeminaeque, non solû Equestris, sed etiam Senatorij ordinis, non solum in Orchestram, Circum, & Amphitheatrum ingressi sunt, ut homines turpissimi, atq; inhonestissimi, sed etiam nonnulli eorum tibijs cecinerunt, saltauerunt, equos agitauerunt, & belluas occiderunt. Notissimi aurigæ memorantur Boculus apud Pædianum, Felix apud Plinium, & in uetustis marmoribus Diocles, Auilius Terentius, Thallus in factione Rufata: Communis, Venustus, Pôcius Epaphrôditus in Veneta; Flauius Scorpus, ac Pompeius Musclosus in Præsina. De Flauio Scorpo nobilissimo auriga præter Tabulam Dioclis, mentione frequenter facit Martialis lib. x. de Scorpi morte.

*Frangat Idumaeas tristis victoria palmas*

*Plange Faur seu a pectora nuda manu.*

*Muta honos cultus, & iniquis munera flammis*

*Muta coronatas gloria moesta comas.*

*Heu facinus, prima fraudatus Scorpe iuuenta*

*Occidit es nigros tam cito iungis equos.*

*Curribus illa tuis semper properata breuisq;*

*Cur fuit & curia tam prope meta tua.*

*Epitaphium Scorpi.*

*Ille ego sum Scorpus, clamosi gloria Circi,*

*Plausus Roma tui, delictiæque breues.*

*Inuidiam quam Lachosis raptum trieteride nona,*

*Dum numerat palmas credidit esse senem.*

Idem libro eodem de Menio Incitatum alium aurigam commemorat,

*Cocco multo fulget Incitatus.*

Et libro xi.

*Sed cum sponsio, fabularq; lassae*

*De Scorpio fuerint es Incitato.*

Mar-



Martialis libro vii. ad Domitianum, Passerinum & Tigrem, aurigas profertur, sic. E

*Adeo mentes omnium tenes vnus*

*Vt ipsa magni turba nesciat Circi*

*Vtrum ne currat Passerinus, an Tigris.*

Sex. Pompeius nobilis ludij meminit sic: Statua & Ludij eius qui quondam fulmine ictus in Circo sepultus est in Ianiculo, cuius ossa postea ex prodigijs oraculorumq; re sponis Senatus decreto intra urbem relata, in Volcanali quod est supra Ianiculum obruta sunt, superq; ea columna cum ipsius effigie posita est. Dio in Caracallo: Caracallus occidit Romæ hominem ignobilem, sed tamen in eo studio, cui se dediderat celebrem, egregium scilicet aurigam, quod esset factionis contrariae. Hic senex mortuus est, postquam coronatus esset, in plurimis equorum certaminibus, obtinuerat enim coronas DCCXXII. quod ante contigerat nemini. Idem in Elagabalo: Elagabalo vir erat Hierocles, Caricum mancipium, & auriga, qui ei præter opinionem hac ex re placuit: nam cum Ludis Circensibus decidisset ex curru, ante sellam Sardinapali, atque in eo casu galeam abiiecisset, visusque ab illo esset, cui nulla barba, flauaque coma erat, statim raptus est in palatium, & infra. Aurelij Zotici Smyrnaei aurigæ mentionem facit Herodianus libro v. Elagabalum aurigis & Comoedis, mimorumq; histriionibus, maxima imperij munia demandasse, tradit Lampridius de eodem Elagabalo: Aurigas (inquit) Protogenem, & Gordium primo in certamine curuli socios, post in omni vita, & actu participes habuit. Ex his Gordium aurigam, præfectum Vigilium fecit, Marcellinum libro xxix. Auchenium aurigam commemorat. & libro xxxix. Athanasium nobilem aurigam vulgari leuitate Valentiniano Imperatori suspectum, ab eo interfectum tradit. Thomatem sui temporis præcipuum aurigam in epistolis Cassiodorus; Aquilonem, & Hirpinum hæc inscriptio commemorat.

*In aedibus Gentilis Delphinij.*

AQVILON K AQVI	hic insculptus est	HIRCINVS. N. AQVI
LONIS. VICIT CXXX	puer inter equos	LONIS. VICIT. CXIII
SECVNDO. TVLIT	duos stans, dextra	SECVNDA. TVLIT
LXXXVIII	baculum tenens,	LVI. TER. TVL
TER	sinistra pabulum	XXXVI
TVL	equis ipsis præ-	
XXX	bens.	
VII		

*Factiones  
et Greges  
aurigarum  
Factionum  
& gregum  
domini.*

Multitudo verò aurigarum cuiuscumque factionis, greges vocabantur: quibus qui singulis præcerant, factionum, siue gregum præfecti, magistri, domini, & conditores vocabantur; sub ijs verò operam suam nauales greges, vt ex his quas adduxi, & infra adijciam inscriptionibus antiquis liquet. Et Tranquillus, Lampridiusque profertur. Ille in Nerone, cap. xxxii. Domini factionum non dignabantur nisi ad totius diei cursum greges producere. Hic verò in Commodò: Circenses multos addidit, ex libi sine potius quam ex religione, vt Dominos factionum ditaret.

Romæ . . . . .	D	M.
D.	M	CLAVDIA. HELICE
C. POMPEIO. EVSCENO.		FEC. L. AVIL. L. DIONYSIO
CONDITORI. FACTIONIS. RVSSATAE		COND. GR. RVSSAT
PATRONO. B. M		CONIVGI. DIGNISS.
OPTIMO. ET		
PIENTISSIMO		
LIBERTI. ET HEREDES. FECERVNT		
DE. SVO		

Varia

**A** Varia erant hominum & Imperatorum in aurigas studia. Herodianus lib. v. in Caracalli vita: Quū Circenses spectante Caracallo, populus Romanus in aurigam, cui studebat, nescio quid cauillatus esset, ratus sibi contumeliam illatam, repente omnem exercitum facere impetum iussit in populum, ac occidere quicumque in aurigam dixissent. Has factiones à Circo per Vrbes in studijs hominum inductas, diuturno tempore tum Romæ tum in Oriente permansisse constat. Cassiodorus variarum lib. 1. in Epistola Regis Theodorici ad Albinum, & Auienum v̄v. ii. atque Patricius. Partis Praefini insinuatione comperimus, (quoniam hoc introductum est, vt populi de colore vocitentur) seditiones turbulenter à quibusdam scelestissimis incitari, & causam lætitiæ publicæ ad furoris certamina prorupisse. Quod utique gaudij decorem non potest habere qualitatem, si pacem non meruit possidere communem. Et ideo dignum est clementiam nostram has quoque partes aspicere, vt ubique possit morum probitas elucere. Non enim inania verborum popularium cogitamus, sed perniciosum semen seditionis excludimus. Proinde illustri magnitudo vestra patrocinium partis Praefini dignanter assumat. Putari enim non debet iniuria populos regere, ac gubernare Romanos, &c. Idem refert Epistola eiusdem libri ad Speciosum. Populi nobis partis Praefini, petitione suggeritur, se truculentas insidias à Patricio Theodoro, & Importuno viro Illustri, & Consule pertrahisse, ita, vt unus eorum defleatur extinctus. Quod nos si ita est, pro facti sui acerbitate commouit, vt innoxiam plebem furor persequeretur armatus, quam fouere ciuicus debuisset affectus, &c. & paulò post. Sed ne forsitan magnificos vios loquacitas popularis offenderit, presumptionis huius habenda discretio est. Teneatur ad culpam quisquis transeunti reuerentissimo Senatori iniuriam proteruus infligit, si malè optauit cum benè loqui debuit. Mores autem graues spectaculis quis requirat? Ad Circum nesciunt conuenire Catones. Quicquid illic gaudente populo dicitur, iniuria non putatur. Locusest qui defendit excessum, quorum garrulitas si patienter accipient, ipsos quoque principes ornare monstratur. Respondeant nobis certè, qui talibus studijs occupantur, si tranquillos optant aduersarios suos, certè volunt illos esse uictores, qui ad iniurias hic profiliūt, cum se superatos turpiter erubescant. Vnde ergo irasci volunt, quod sine dubio se optasse cognoscunt. Eadem repetit quattuor sequentibus Epistolis ad Senatū, ad populum, & ad Vrbs præfectum Agapitū binis litteris. Quibus seditionum Vrbanarum ob Circensia spectacula exorientium, occasiones, edicto vetat, ait .n. Nullum à spectaculorum gaudio remouemus, sed seditionis femina radicitus amputamus. Et infra. Spectacula voluptatum lætitiā uolumus esse populorum, nec erigere debet motus irarum quod ad remissionem animi constat inuentum. Ideo. n. tot expensarum onus subimus, vt cōuentus is non sit seditionis strepitus, sed pacis ornatus. Et infra ad Vrbs præfectum. Circumspicere te decet, ne qua in spectaculis seditionum causa nascatur, quia tuum preconium est, populus quietus. Quo circa, hoc te obseruare censemus, vt si à quoquā irrogata fuerit iniuria Senatori, confestim loquax temeritas, legum seueritate plectatur. Si verò Senator ciuilitatis immemor, quemquam ingenuum nefaria fecerit cæde vexari, protinus relatione transmissa paternitatis nostræ multā percussus excipiat. Meminerint enim cuncti sic spectaculani studia, partesque diuidere, vt in patria debeant esse concordes, nec ad hoc voluptatum sibi exhiberi certamina, vt exinde hostilis ira feruescat, &c. Et infra. Si verò eorum lubrica voluntas in unius coloris fauorem migrauerit, studia sua populus tam in Circo, quam Theatro habeat pro parte quam diligit, vt is qui præsumperit verita, ipse iudicetur quæsisse discordiam. St. Papinius libro III. Siluarum ad Claudiam vxorem.

. . . Nec aut rapidi mutant te praelia Circi.

Paulus Diaconus in Phocæ Imperatoris vita, lib. III. cap. xi. Historiæ Longobardicæ.

D                    dica.



dica. Huius (inquit) tempore Prasini, & Veneri per Orientem, & Ægyptum ciuile E bellum fecerunt, ac se mutua cæde prostrauerunt. De earumdem factionum frequentibus cladibus multa refert Zonaras Tomo III.

Aptè hoc loco apposui tabellam sex nominata expressa habentem, quibus totidem aurige effigiati sunt, prima & secunda, Neronis Imperatoris sunt, cum armato auriga equum freno regente & casside pone tergum. Tertia est Seueri cum eodem auriga integro, quarta & quinta eiusdè Neronis, sexta Seueri, aurigati sunt.

Ⓒ Figuræ Aenæa sex nominatum aurigas representantium. H.

MULTI IMPERATORES ENVMERANTVR, QVI AVRIGANDI studium habuere. Cap. XII.

Caio  
Auriga



MULTOS Romanos Principes huic aurigandi studio vsque ad infaniam uacasse, passim in uetustis auctoribus obseruauim. De Caio, Tranquillus cap. LIII. Aurigabat extento plurifariam Circo. Idem Dio refert lib. LIX. Suetonius in Vitellio, cap. XVII. Vitellius alterum femur subdebile habuit, impulsu olim quadrigæ, quum aurigante Caio ministratorè exhiberet.

Nero  
Auriga

De Nerone, Tacitus lib. XIII. Vetus Neroni cura erat, curriculo quadrigarum insistere, nec minus soedum studium cytharæ, ludicrum in modum canere quum cenaret, quod Regibus & antiquis ducibus factitatum memorabat. Idq; uatum laudibus celebre, & Deorum honori datum. Et infra. Clausum Valle Vaticana spatium in quo equos regeret, haud promiscuo spectaculo concessum, mox vltro uocari populus Romanus, laudibus extollere, ut est vulgus cupiens uoluptatum, & si eodem princeps trahat, letum. Tranquillus in Nerone cap. IIII. L. Domitius Cn. F. Neronis

L. Domitius  
Auriga.

aus, non minus aurigandi arte in adulescentia clarus, quàm deinde ornamentis triumphalibus ex Germanico bello. Et cap. XXI. Sed qui inter initia Imperij eburneis quadrigis quotidie in abbaco luderet, ad omnes etiam minimos Circenses secessu commearat, primo clam, deinde propalam, ut nemini dubiù esset, eo die utiq; affuturum. Et infra. Mox & ipse aurigare, atq; etiam spectari sepius uoluit, positosq; in hortis inter feruitia, & sordidam plebem rudimento, uniuersorum se oculis in Circo Maximo prebuit; aliquo liberto mittente mappam, unde magistratus solent. Idem lib. XXIII. Aurigauit quoq; plurifariam, Olympijs uero etiam decemugem. Dio lib. LXI. Nero prasina veste indutus, & galero aurigarum ornatus, publicè currus in Circo agitauit.

Vitellius  
Auriga

De Vitellio Tranquillus cap. IIII. Vitellius Caio per aurigandi, Claudio per aleæ studiù familiaris fuit, sed aliquanto Neroni acceptior, quum per eadem sapè, tum peculiari merito, quod presidens certamini Neroneo, egressum Theatro reuocauerat. Dio. Vitellius Veneto habitu, equos certantes in certaminibus abstergere solebat.

L. Verus  
Auriga  
Commodus  
Auriga.

De L. Vero Capitolinus: Fuit studiosus Circensium, haud aliter quam gladiatorij muneris. Et infra. Circensium tantum curam habuit, ut frequenter prouincialibus literas caussa Circensium, & miserit, & acceperit. De Commodus Herodianus lib. I. Commodus aurigando, bestijsque conficiendis supra modum exercebatur, ob quæ studia, adultores eum fortitudinis gloria celebrabant. Spartanus: Aurigæ habitu currus rexit, gladiatoribus conuixit, Equos curules sibi comparauit, noluit in Circo quadrigas agitare, Dalmaticatus in publico processit, atque ita signum quadrigis mittendis dedit. Dio. Currus numquam agitauit publicè, nisi si quando nocte obscura id facere cupiisset, pudebat enim eum multitudinis.

Caracallus,  
et Geta  
Auriga.  
Elagabalus  
Auriga.

De Caracallo Herodianus lib. III. Bassianus, & Geta Seueri Imperatoris filij, tum adulescentes, delicijs uictuiq; urbano, nimioq; spectaculorum, aurigationisque, & saltationis studio, bonam indolem corrumpébant. De Elagabalo Herodianus lib. V. Elagabalus aurigans, aut saltans conspiciébatur. Idem Lampridius, & Dio referunt.





OCTO · ANTE · IQUA · AVRI ·



ARVM · NOMISMATA









IRCENSIBVS Ludis optimi equi parabantur. De quibus M. Varro lib. II. de rustica scribens alios ad militiã, alios ad cursum laudat, & alios militibus, alios quadrigarijs idoneos esse ait, sic: Itaq; peritus belli, alios equos eligit atq; alit, ac docet, aliter quadrigarijs, ac defultor. Horatius Carminum lib. II. Ode XVI. ad Grosphum.

*Equi Cir-  
censes.*

. . . *Tibi tollit bimittum  
Apta quadrigis equa,*

Et Plinius lib. VIII. cap. XLVI. Diuersa in Circo equorum ratio quæritur, itaque cum bimi in alio subigantur imperio, non ante quinquennes ibi certamen accipiunt. Partum in eo genere XI. Mensibus ferunt, duodecimo gignunt, generat mas ad Anos XXX. utpote quum à Circo post XX. annum mittantur ad sobolem reparadam.

& paulò supra. Equi in Circo ad currus iuncti, non dubiè intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Solinus cap. XLVI. Polyhistoris voluptatem equis inesse Circi spectacula prodiderunt. Quidam enim equorum cantibus tiliarum, quidam saltationibus, quidam colorum uarietate, nonnulli etiam accensis facibus ad cursus prouocantur. & infra. Ingenia equorum, Claudij Cæsaris Circenses probarunt, quum effuso rectore quadriga cursu æmulos non minus astu quam uelocitate præuererunt. Et post decursa legitima spatia ad locum palmæ sponte consisterent uelut victoriæ præmium postularent. Excusso quoq; auriga quem Ratumenam nominabant, relicto certamine ad Capitolium quadriga profiluit, nec ante substitit quãlibet obuijs occurribus impedito, quam Tarpeium Iouem terna dextratione iustrasset. Quæ uerba Plinius amplificans ita tradit: Claudij Cæsaris secularium Ludorum Circensibus, excusso in carceribus auriga, Albari equi palmam occupauere, primatum obtinere, opposita effundentes omnia, quæ contra æmulos debuissent, petitisimo auriga in

sistente facientes, quum puderet hominum artes ab equis uinci, peracto legitimo cursu ad metam steterè. Maius augurium apud præcos. Plebeijs Circensibus excusso auriga, ita ut si staret in Capitolium cucurrisset, equos, ædemque ter iustrasse Maximum uerò, eodem peruenisse ab Veijs cum palma, & corona, effuso Ratumena qui ibi uicerat, unde postea portæ nomen est. Sex Pompeius: Ratumena porta à nomine eius appellata est, qui ludicro certamine quadrigis uictor Hetrusci generis iuuenis Veijs consternatis equis excussus Romæ periit, qui equi feruntur non ante constitisse, quàm peruenirent in Capitolium conspectumq; fictilium quadrigarum quæ erant in fastigio Templi Iouis, &c. & alibi. Curules equi quadrigales dicti. Iulius Pollix libro primo commemorat inter alia equorum genera, equos pugiles certantes Victores brauium ferentes, & similes. M. Varro lib. II. de rustica una equorum quadrigæ Romæ cõstitèrunt quadringentis millibus. Columella lib. VI. de rustica Equi num pecus tripartito diuiditur, est. n. generosa materies quæ Circo sacrisq; certaminibus, equos præbet. Stadius Papinius Siluarum lib. V. in Protreptico ad Crispinum.

. . . . *quales per iugera Circi  
Cum pulcher uisu titulis generosus auitis  
Expectatur equus, cuius de stemmate longo  
Felix demeritos habet admissura parentes  
Illum omnes acuiunt plausus, illum ipse uolentem  
Puluis, & incurua gaudent agnoscere meta.*

Capitolinus in Gordiano seniore: equos Siculos C. Capadoces CC. permittentibus Imperatoribus factionibus diuisit, & per hæc populo satis carus, qui semper uoluptatibus commouetur. Dio lib. LXI. in Nerone. Curfu & certaminibus equorum delectabatur, ita ut ob eam causam insignes equos victores, & iam senio confectos stola forensi, non secus quàm homines

ornaret, eosq; honestaret pecunia stipendij loco. Quapropter quum propter hoc E  
Neronis studium, factionum domini, una cum eorum gregibus superbè extollerentur, ac proinde Prætoribus sepè ac Consulibus graues iniurias inferrent, A. Fabricius Prætor uti noluit illis, iusta mercede cum quibusdam certare recusantibus, sed canes doctos curus agere pro equis introduxit. Quo factò Albati, & Ruslari statim curus reliquerunt, quum Præsini, & Veneti nihilo magis exirent. Nero autem præmia equis proposuit, itaque Ludi Circenses peracti sunt. Equorum Circensium prouidentorum curam, Censoribus permissam fuisse, his uerbis docet Liuius librò XXI. Quum Censores M. Atilius Regulus, P. Furius Philus, ob inopiam aerarij se iam locationibus abstinere, ædium sacrarum tuendarum, Curuliumque equorum præbendorum, ac similibus his rerum, conuenere ad eos frequentes, qui hæc huius generis assueuerant. De priuatis uero diuersorum Principum equis, ut Incitatis, Caligule, Volucris, L. Veri, & Pertinacis, Commodi, veteres ita scribunt auctores.

*Incitatus  
equus Cai*

Tranquillus in Caio cap. LV. Incitato equo cuius causa pridie Circenses, ne inquietaretur uicinæ silentium per milites indicere solebat, præter equile marmoreum, & præsepe Eburneum, præterq; purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, domum, & familiam, & supellestem dedit, quo lautius nomine eius inuitati reciperebantur, Consulatum quoque traditur destinasse. F

Dio lib. LIX. equum nomine Incitatum Caius ad coenam adhibebat, & ei in aureo uase hordeum apponebat, in poculis aureis uinum propinabat, salutem eius, ac fortunam curabat, Consulẽ eum facturum pollicitus, quod si uixisset fecisset.

*Volucer  
L. Veri.*

Capitolinus in L. Veri. Volucris equo Præsino aureum simulachrum fecit, quod secum portabat: cui quidem passas uias, & nucleos in uicem hordei persepè ponebat, quem sagis fucò tinctis coopertum in Tiberianam ad se adduci iubebat. Cui mortuo sepulchrum in Vaticano fecit. In huius equi gratiam primum cœperunt equi aurei, uel brauia, postulari. In tanto autem equus ille honore fuit, ut ei à populo Præsinarum sæpè modius aureorum postularetur. Iuuenalis Satyra VIII. alterius G  
equi uolucris mentionem facit ita,

*Dic mihi Turrone proles animalia muta  
Quis generosa putet, nisi fortia? nempe Volucrem,  
Sic laudamus equum facili cui plurima palma  
Feret, & exulset rauco victoria Circo.*

*Pertinax  
Comodi.*

Dio in Pertinace. Romæ equus nomine Pertinax victor fuit. cuius equi Præsinae factionis Commodus studiosus erat, quumq; uicisset, statim conclamatum est ab ijs qui erant earundem partium: En Pertinax est. Quo audito, hi qui erant alterius factionis, irati Commodò, utinam esset inquit, quæ uerba ad hominem, non ad equum referrebant. Præterea eundem equum quum non curreret amplius, effectque confectus senectute, Commodus accersiri iusserat, adductumque in Circum introduxerat inauratis unguis, & super aurea pelle ornatum, qui ut primum de improviso apparuit, illico conclamatum est ab omnibus: Ecce Pertinax adest. Id per se dictum potendebat futura, præsertim cum illo anno contigerit postremis Ludis Circensibus, post quos Imperium statim ad Pertinacem peruenit. H



*Figuramentum veteris inscriptionis, quæ in Basilica Principis Apollolorum de Vbo in tabula marmorea Romæ visitur, in qua multorum equorum Circensium nomina inscripta sunt ita*

NITIDO. ALB. IVP. II. TVSCO. CIN. FEST. II. DECORATO. B. PINN. II. ITEM. AFRIS. DLXXXIII.  
 RAPTORE. R. IVN. I. PVGIONE B. QVAR. I. VIRILE. R. PLY. I. ROMANO. R. SEN. I. PASSARINO. N. POMP. I.  
 SVPERBO. B. PRIM. I. BVBALO. R. ROM. I. POMPEIANO B. HER. I. POLYNICE. N. R. APOLL. I. ROMULO. B. | P  
 CRESC. I. ADSECTORE. R. ITEM. ARMATO. N. DAT. I. ADSECTORE. N. DAT. I. DRAYCO. RJ. ANDRIC. I.  
 VASTATORE. N. ITEM. II. DERECTORE. B. QVINT. III. PVGIONE. B. THALL. III. VALENTINO. N. THAR. III. | R  
 HILARO. R. CATVLL. I. FASTIDIOSO. F. CAT. III. LIBERO. B. VICT. I. POMPEIANO. N. VICT. III. VALENTINO  
 N. HEREN. N. MYRINO. M. P. EROT. I. FLORINO. R. EROT. III. SAECIARE. B. ANT. VI. PETVLANTE. N. | V  
 FORT. II. PECVILIARE. R. K. FORT. III. VICTORE. R. HERM. II. TIBERE. R. HERM. III. FVENDI. FELICISSIMO.  
 N. I. IUVENE. E. I. LVCIDO. B. I. TYRRHENO. F. III. ITEM. CELS. FRVGIERO. B. I. CVPIDINE. R. II. EXORIENTE  
 R. H. DELICATO. R. II. ITEM. SATVRO. B. I. SANCTO. R. I. PATRONO. R. I. GENTILE. R. H. HILARO. R. III. | H  
 ONES. I. MARONE. B. I. VALENTINO. N. I. FEORIDO. B. II. FELICE. B. VII. DELICATO. B. MATVR. XV.  
 LOLI. VIRILE. R. I. BARBARO. B. I. VICTORE. R. I. HEDERATO. B. I. PVPRVRIONE. H. II. SVPERBO. B. III.  
 GEMMVLA. R. VII. SVA. LYBIO. N. I. PRAESIDIO. B. XV. IUVEN. CIRRATO. R. II. TELESP. COTYNO. B. I.  
 FELIC. TYRRHENO. F. I. AVNARA. B. I. PONTIFICE. B. XI. ADSECTORE. R. XII. TELESP. COTYNO. B. I.  
 BARBARO. B. III. AEGYPTO. N. III. POMPEIANO. N. XVI. LICENTIOSO. RJ. XI. P. XXXV. LEON. LVIII.  
 MYRA. N. B. I. ARISTA. B. V. NITIDO. M. R. VI. NITIDO. M. R. VIII. OCEANO. B. VIII. COTYNO. B. XXX.  
 FAVST. CXXVIII. VALENTINO. N. I. CALIDROMO. R. I. LVCIDO. B. I. CIRRATO. R. II. CENTAVRO. B. III.  
 MYRA. R. XXI. EMINENTE. B. XXVII. CALLINICO. B. LXXI. OLYMP. CEI. COTYNO. B. III. MAVRO  
 N. X. VIRILE. R. XXIII. INDO. N. CXVII. ITEM. HISP. CCCLXXXVIII. NOTATO. B. GAT. I.  
 CALLINICO. R. GAI. I. ACCEPTORE. BK. CALL. I. CHRYSIPPO. R. SEST. I. REGALE. B. SABIN. I. PALLADIO. BK.  
 BASILL. I. MYRINO. M. P. BASILL. III. NOBILE. B. HEBEN. I. DECORATO. R. HWMEN. I. ROMVLA. R. PRISC. II.  
 PARATO. K. PRISC. V. PHAEDRO. N. FVSC. VI. SIRICO. R. TYR. VII. AMORE. K. AVIT. X. ITEM. REBVR. XXV.  
 NORICO. R. I. MYSTICO. R. III. ACEREO. B. XX. IT. ACHILL. XXI. NICOLA. K. I. GELOTE. R. I. PERDIGE. R. I.  
 PALMATO. CIN. I. CELTIBERO. K. XVII. IT. MARC. LVI. INCVTO. R. I. I. LICENTIA. N. I. IYPERCO. N. K. I.  
 DOMITIO. N. K. I. LATINO. N. K. III. GARVLO. N. K. X. INGENVO. B. XXXVIII. ITEM. RELIQVOS. MANG.  
 SVPEDES. I. PISTVS. PERLEGES

Hanc tabellam quo facilius percipiatur in figuramentum formam digessi. ita ut primum equi nomen, deinde colorem, postea domini auctoris appellacionem, nouissime pramiorum notas adunxerim.

## DE LVDIS CIRCENSIBVS;

<i>Nomina Equorum</i> <i>Decli prin</i> <i>cipium.</i>	<i>Coloris</i>	<i>Aurigarū premiorū</i>	<i>Equorum</i>	<i>Coloris</i>	<i>Aurigarū premiorū</i>
NITIDO	ALBO	LVPI II	VALENTINO	NIGRO	I
TVSCO	CINEREO	FESTI II	FLORIDO	BADIO	II
DECORATO	BADIO	PINN II	FELICE	BADIO	VII
ITEM AFRIS		DLXXXIII	DELICATO	BADIO	MATVRI XV
RAPTORE	RVFO	IVNI I	VIRILE	RVFO	LOLLIANI I
PVGICNE	BADIO	QVARTI I	BARBARO	BADIO	I
VIRILE	RVFO	FVLVI I	VICTORE	RVFO	I
ROMANO	RVFO	SENIORIS I	HEDERATO	BADIO	I
PASSARINO	NIGRO	POMPEI I	PVRPVRIONE	NIGRO	II
SVPERBO	BADIO	PRIMI I	SVPERBO	BADIO	III
BVBALO	RVFO	ROMANI I	GEMMVA	RVFO	VII
POMPEIANO	BADIO	HERCVLIS I	LYBIO	NIGRO	SVAVIS I
POLYNICE	NIGRO RVFO	APOLLONI I	PRAESIDIO	BADIO	XV
ROMVLO	BADIO	CRESCONISI	CIRRATO	RVFO	IVVENTI II
ADSSERTORE	RVFO	ITEM	SIGNIFERO	RVFO 7	XVI
ARMATO	NIGRO	DATIANI I	TYRRHENO	FVLVO	FELICIS I
ADSSERTORE	NIGRO	DATIANI I	AVNARA	BADIO	I
DRAVCO	RVFO 7	ANDRICI I	PONTIFICE	BADIO	XI
VASTATORE	NIGRO	II. ITEM	ADSSERTORE	RVFO	XII
DERECTORE	BADIO	QVINTI III	COTYNO	BADIO	TELESPHORI I
PVGIONE	BADIO	THALI IH	BARBARO	BADIO	III
VALENTINO	NIGRO	TRARSI III	AEGYPTO	NIGRO	III
HILARO	RVFO	CATVLLI I	POMPEIANO	NIGRO	XVI
FASTIDIOSO	FVLVO	CATVLLI III	LICENTIOSO	RVFO 7	XI
LIBERO	BADIO	VICTORIS I	PALMAE		XXXV
POMPEIANO	NIGRO	VICTORIS III	AVRIGAE LEONIS	PRAEMIA.	LVIII
VALENTINO	NIGRO	HERENI V	MVRRRA	NIGRO BADIO	I
MVRINO	MAVRO	PVLLO.EROTIS I	ARISTA	BADIO	V
FLORIDO	RVFO	EROTIS III	NITIDO	MAVRO RVFO	VI
SAECLARE	BADIO	ANTONI VI	NITIDO	MAVRO RVFO	VIII
PETVLANTE	NIGRO	FORTVNATI II	OCEANO	BADIO	VIII
PECVLiare	RVFO. KAESIO	FORTVNATI III	COTYNO	BADIO	XXX
VICTORE	RVFO	HERMETIS II	FAVSTI AVRIGAE	PALMAE	CXXVIII
TIBERE	RVFO	HERMETIS III	VALENTINO	NIGRO	I
FELICISSIMO	NIGRO	ERVENDI I	CALLIDROMO	RVFO	I
IVVENE	BADIO	I	LVCIDO	BADIO	I
LVCIDO	BADIO	I	CIRRATO	RVFO	II
TYRRHENO	FVLVO	III. ITEM	CENTAVRO	BADIO	III
FRVGIFERO	BADIO	CELSI I	MVRRRA	RVFO	XXI
CVPIDINE	RVFO	II	EMINENTE	BADIO	XXVIII
EXSORIENTE	RVFO 7	II	OALLINICO	BADIO	LXXI
DELICATO	RVFO	II. ITEM	AVRIGAE OLYMPI	PRAEMIA	CLII
SATVRO	BADIO	I	COTYNO	BADIO	LXXI
SANCTO	RVFO	I	MAVRO	NIGRO	X
PATRONO	RVFO	I	VIRILE	RVFO	XXIII
GENTILE	RVFO	II	INDO	NIGRO	CXVI
HILARO	RVFO	III	ITEM HISPONIS	AVRIGAE	
MATRONE	BADIO	ONESIMI I	PRAEMIA	∞ CCCLXXVIII.	

A <i>Nomina Equorum Coloris Aurigarū premiorū</i>		<i>Equorum Coloris Aurigarum premiorū</i>	
AEGYPTO NIGRO	III	ITEM HISPONIS AVRIGAE	
POMPEIANO NIGRO	XVI	PRAEMIA ∞ CCCLXXXVIII.	
LICENTIOSO RVFO 7	XI		
PALMAE	XXXV		
NOTATO BADIO GAI	I	ITEM MARCI AVRIGAE	
CALLINICO KAESIO GAI	I	PRAEM. LVI	
ACCEPTORE BADIO KAESIOCALL. . .	I	INCLVTO RVFO	II
CHRYSIPPO RVFO SESTI	I	LICENTIA NIGRO	I
REGALE BADIO SABINI	I	LVPERCO NIGROKAESIO	I
PALLADIO BADIOKAESIO BASILLIEIDIS	I	DOMITIO NIGROKAESIO	I
MYRINO MAVRO PVLLO BASILLIEIDIS	III	LATINO NIGROKAESIO	III
NOBILE BADIO HEBEN. . . . .	I	GARRVLO NIGROKAESIO	X
B DECORATO RVFO HVMENI	I	INGENVO BADIO	XXXVIII
ROMVLA RVFO PRISCI	II	ITEM RELIQVOS MANGONES	
PARATO KAESIO PRISCI	V	SVPPEDES IPSIVS PER LEGES.	
PHAEDRO NIGRO FVSCI	VI		
SIRICO RVFO TYRRHENI	VII		
AMORE KAESIO AVITI	X		
ITEM REBVRAE AVRIGAE P. XXV			
NORICO RVFO	I		
MYSTICO RVFO	III		
ACEREO BADIO	XX		
ITEM ACHILLIS AVRIGAE P. XXI			
NICOLAO KAESIO	I		
GELOTE RVFO	I		
C PERDICE RVFO	I		
PALMATO CINEREO	I		
CELTIBERO KAESIO	XVII		

De equorum coloribus aliquot M. Varro apud Nonium Marcellum. Equi colore dispares. Item nati sic badius, iste fulvus, ille marinus, &c. Palladius de re rustica lib. I. II. Cui index est Martius Titulo XIII. Colores equorum praecipui Badius, aureus, albineus, rufus, mureus, ceruus, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger pressus, sequentis meriti varius cum pulchritudine, nigro uel albino, uel badio mistus, canus cum quouis colore, spumeus maculosus, mureus obscurior.

D Equos in Circo currentes cantherios ubique uocat Arnobius in lib. VII. Qui cantherios frustra, & sine ulla ratione currentes spectatum proficiscantur è coelo, gaudeantque ex his alios transfiri pronos, & cernuos ruere cum curribus refupinos uehi, trahi alios debiles, & curribus claudicare praefractis, quis est qui eos Deos esse dicat.





IRCI Maximi descriptione facta; & curruum, curforumq; generibus explicatis, illud superest, vt qua ratione circū metas in Circo cursitariint, exponam. Quæ vt facilius intelligantur, quædā altius repetam, ad totius argumenti cognitionē maximē necessaria. Media Circi hærena, inter duas metas, surgebat murus, siue moles quædam lateritia, latitudine circiter duodenū pedum, quattuor vel plus minus altitudine, lōgitudine verò omnem ferè Circi aream complectens. spacio tantum ex vtraq; extremitate illius molis, & Circi relicto, quantum equi currēs, eam circuire possent. Id ex his sex nominatibus hæc tabella delineatis intelligitur, quorum primū est Alexandri Mamææ. Secundum, & Tertium Traiani, Quartum & Quintum Neronis, Sextum hæuis instar circum quā currunt, quod nouum est factum Seueri, quibus præter Spinam, metas, obeliscos, Cybelen, oua, delphinos, columnas, aras, aediculas, etiā venationem & aurigandi modum agitatoris coronati inspicere licet.

¶ Figura Æneæ sex nominatum Ludorum  
Circensium cursum representantium. I.

Spina.

Hanc Spinam Circi vocari existimo, de qua sic scribit Cassiodorus: Spina infelicium captiuorum fortem indicat. vbi Duces Romanorum super dorſa hostium ambulantes, laborum suorum gaudia perceperunt. Nam quum illud constet, spinam struendam quandam in Circo fuisse, hancque lateritiam molem nomine carere, nihil aptius esse existimaui, ex omnibus Circi partibus, vel ornamentis, cui nomen hoc tribueretur, præsertim quum ea moles metaphoricè Spina rectè dici possit, a piscium, & hominis osse in dorſo producto, qui spina dicitur, appellationē acceptā. Quæ rectè (vt ait Cassiodorus) captiuorum fortem indicare videtur, super quorum dorſa Romani insiderent duces, quum super eam multa mysteriorum ornamenta fuerint, de quibus paulò infra dicam. Spinam quidam intellexerunt obeliscum, vel columellam aculeatam, quæ statuam equestrem teneret hoste conculcato, qualem Domitiani equum fuisse Statius docet, & alteram Traiani veteres nummi ostendunt. Ceterum verò proprius est, molem illam lateritiam (de qua supra dixi) fuisse. In cuius singulis extremitatibus, pari intervallo, singula meta, seu termini collocati erant, super quos tres erant summitates, ouorum similitudine factæ, & trianguli specie pari vtrinque intervallo collocatæ, vt ex tabellis à me in hoc libro locatis videri potest, de quibus Iuuenalis Satyra vi.

Metæ.

*Si mediocris erit, spatium lustrabit utrumque  
Metarum, & sortes ducet, frontemq; manumq;*

Perilius Satyra iii.

*Discite o miseri & causas cognoscite rerum,  
Quid sumus, aut quid nam victuri gignimur, ordo  
Quis datus, aut metæ quam mollis flexus, & unde;  
Quid modus argenti, quid fas optare, quid asper  
Vtile nummus habet.*

Circum metas de equorum pernecitate certabatur, siue puris equis, siue bigis aut quadrigis equi decurrerent. Quæ antiquitus ita in Circo compositæ erant, vt post equorum cursum, venationum, vel pugnarum causa commode tolli, & restitui possent. Tranquillus in Caesare cap. xxxix. Venationes (inquit) in Circo editæ per dies quinque, ac nouissimè pugna diuisa in duas acies, quingenis peditibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus, hinc & inde commissis, nam quo latius dimicaretur, sublatæ metæ, inque





SEX. LVDORVM. CIRCENSIVM. NVMMI. AD. VERAM. EORVM. IMAGINEM. EXP.

Venetijs Anno salutis  
∞ P. L. XXX.







I. II.




I. III.



I. V.



I. VI.



GRE. XIII. PONT. MAX  
Cum privilegijis

TEMPORVM









M. ET. MATRIS. DEVM. ANTIQVEI. NVMMI







A tæ inque earum locum bina castra ex aduerso constituta sunt. Metæ quæ antiquitus lignæ erant à Claudio Imperatore (auctore Tranquillo cap. XXI.) marmoreæ, & auratæ factæ sunt: Circo (inquit) maximo, marmoreis carceribus, auratisque metis (quæ utraq; & tophima, ac lignea antea fuerant) exculto, propria Senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis. Seneca libro v. de beneficijs: Curfor metam prior contigit velocitate illum non animo antecessit. Metarum locatione terminum ac mundi finem designari voluere, ab eo quod aliquis emensus finis sit, siue vt similitudinem Orientis, Occidentisque solis representarent. Ita Isidorus libro XVIII. Oua vero super metas locata in Castoris Pollucisq; honorem addita fuere, quod illos cigni ouo editos ex Ioue veteres scripserunt: quibus etiam (vt dixi) primo à Mercurio equos distributos fuisse, docet Stesichorus. De ouis Tertullianus: Oua (inquit) honori Castoris & Pollucis adscribunt, qui illos ouo editos credendo, de cygno Ioue non erubescunt. Et Cassiodorus. Ipse verò metæ secundum Zodiacos decanos ternas obtinent sumitates, quas ad instar solis quadrigæ celeres peruagantur. Idem refert Isidorus libro XVIII. De ouis M. Varro libro i. de re rustica, & Linius libro LV. Sex nominata varia eruditione plena præter metas cum ouis alia multa continentia hac tabella hoc loco adijcere opportunum fuit. Primum est Neruæ metas & Sabinarum raptum Ludis Circensibus peractum continens. Secundum est, Hadriani Circû ab eo restitutum insinuans. Tertium est Aureliani sacrificiû ad metas factû continens. Quartum Augusti, cû Circi obelisco. Quintû Commodi Cybelem de qua mox dicam habens. Sextum Traiani cum metis in quo allocutio, siue congiarij promissio notata est. Quæ omnia scitu dignissima sunt,

Metarum  
oua:

6 Figura Ænea. K.

Porro autem circum metas equi singulares, & defultorij, item omni currum generi iuncti, à Circi carceribus dato signo emissi, & ex vno latere decurrentes, ad ultimam metam in fine spinæ positam, versus eam Circi partem, quæ in semicyclum desinebat cursitabant, ad quam peruenientes circum ipsam flexebantur, reuerſiq; ex alia Circi parte versus bisfenorum ostiorum situm, reuocabantur: sicq; in orbem circum easdem metas decurrentes, spina in Circi medio posita, ne ex vna in alteram curricula partem transiliret, prohibebatur. Mos vetustus fuit, agitadores ipsos quattuor factionum curribus insidentes, metas septies circuire. Aurigavero illius factionis, qui primus curru, vel equo septimam metam confecisset, illius missi victor erat. Septem. n. curriculum cursus ille solemnissimus dicebatur, Brauium verò siue præmium, non ante decursus septenis spatij, accipi à victore poterat. Horatius in arte Poetica,

Currendi  
ratio.  
  
Curricula  
septem,  
siue septies  
metas  
circumbantur.  
missus.

Musa dedit fidibus duos, puerosq; deorum,  
Et pugilem victorem, & equum certamine primum.

Singulis missibus quattuor singularum factionum agitadores currebant, quum quattuor fuere, quum verò sex, veluti sub Domitiano, totidem etiam aurigæ cursitabant, nisi missus ex prouocatione, & non ordinarius fieret; quo casu tot agitadores aurigabant, quot ad certandum conuenissent; duo, vel tres, vel quattuor, vt infra Latius dicam. Horatius lib. i. Satyra i.

Vt quum carceribus missos rapit ungula curru  
Instat equis auriga, suos vincens illum  
Prætentum tamen extremos inter euntem.

Tranquillus in Claudio cap. XXI. Circenses frequenter etiam in Vaticano committunt, nonnunquam interiecta per quinos missus venatione. Et Cassiodorus. Circum metas ad instar solis quadrigæ celeres peruagantur. De septem curricula vno missu contentis. M. Varro apud Gellium lib. III. cap. x. Ludorum (inquit) Circensium

E curricula

curricula solennia septem sunt. Propertius libro II. ad Cinthiam.

*Aut prius infecto deposuit premia cursu  
Septima quam meta triuerit arte rotam.*

Et Ouidius in Halieuticis,

*Seu septem spatijs Circo meminere coronam.*

Seneca libro IIII. Epistolarum. Agitatorum lætitia, quum septimo spatio palmæ appropinquat. Arnobius lib. VII. contra gentes: Iuppiter spectatum profectus è coelo est. cantherios de velocitate certantes, replicantes gyros septem, & quos dissimiles ipsi corporum esse in mobilitate, voluisse. Lactantius septimo libro diuinarum institutionum: Quoniam decursis propositi operis septem spacijs, ad metam prouecti sumus, &c. Si quidem ubi septimo curriculo confecto agitatores circum metas decurrissent, tum palma victori dabatur. Sidonius Apollinaris in hendecasyllabo.

*Tu conamine duplicatus ipse  
Stringis quadriungos, & arte summa  
In gyrum bene septimum referuas.*

Cassiodorus: Septem spatijs certamen omne peragitur, in similitudinem hebdomadis reciproca. Dio in Commodio; Circensibus Ludis, equis septimo loco certare cunctantibus, magna puerorum multitudo in Circum accurrit. Isidorus Etymologiarum lib. XVIII. Septem spatia quadrigæ currunt, referentes hoc ad cursum septem stellarum planetarum, quibus mundum regi dicunt; siue ad cursum septem a tatum hominis, quibus peractis vitæ terminus consumatur; siue septem dierum hebdomadis imitatione. De metis, & cursu Virgilius libro v.

*Hic viridem Æneas frondenti ilice metam  
Constituit, signum nautis pater, unde reuerit  
Scirent, & longos vbi circumflectere cursus.*

Vbi Poeta egregie metarum usum in cursu explicat. Huc etiam spectare videtur illud Odarum Horatij initium,

*Sunt quos curriculo puluerem Olympicum  
Collegisse inuat, metaq; feruidis  
Euitata rotis, palmaq; nobilis  
Terrarum dominos euehit ad deos.*

Et Propertius lib. IIII. Elegia I.

*Has meus ad metas sudet oportet equus.*

Eandem rem exponunt præter supradictos Ouidius, Statius, Persius, Iuuenalis, Q. Calaber lib. IIII. & ex Græcis aptissime Homerus Iliadis lib. XXIII. Et Sophocles in Helectra.

Ars vero, & summa industria aurigis requirebatur, in equis & curribus ad metas flexendis, ne posterior dexteritate flexendi quadrigas, priorem anteuiceret, quod sepe accidit; quod si nimis currus agitando auriga metis adhæsisset, summum vitæ periculum incurrebat, ne rotis metam offenderet, & illiderentur; contra quoque curru auriga concideret, quod multis accidisse constat. Sin verò nimio spatio metâ euitauisset, qui tum sequebatur auriga, inter metam & priorem breuiori spatio delatus, exsecundo primus efficiebatur, quod eripere vocabant. De equorum currendi ratione Arnobius lib. VII. Sed equos tamen gaudere transire, transitu pronos & cernuos metæ, cum curribus resupinos verti trahi alios cruribus, & claudicare per fractis, & ineptias rugis, & crudelitatibus mixtas summis in voluptatibus habuisse. Proxime primam metam, aurigam victor curru in spinam disiliens, gradibus aliquot loco præmijs dicato conscenso, brauium accipiebat.

*Brauij  
vel pal-  
me locus  
curriculâ  
xij. Græ-  
corum.*

Apud Græcos duodecimo curriculo confecto victoriam obtineri, verba Pyndari Olympiacorum lib. II. docent. Iuxta singulas metas Columellæ aliquot erant trabe-  
cula



**A**cula sustinentes, quibus per singulas circuitiones agitatorum, à Circensium ministris quibusdam singula oua, & delphini erigebantur, & omnia curricula septem ouis, & totidem delphinis erectis, annotabantur. Cassiodorus: Nec illud putetur irritum, quod metarum circuitus ouorum erectionibus exprimat, quoniam actus ipse multis superstitionibus grauis, cui exemplo geniturum se artem aliquam proficetur: Et ideo datur intelligi, volitantes atq; inconstantissimos inde mores nasci, quos auium matribus aptauerunt. Idem refert Isidorus. Liuius lib. xli. M. Æmilio, P. Mucio Consulibus, Censores Q. Fuluius Flaccus, A. Postumius Albinus, vias sternendas sic in Vrbe, glarca extra urbem substruendas, marginandasq; primi omnium locauerunt; pontesq; multis locis facientes, & scenas Aedilibus, Prætoribusq; præbendas; & carceres in Circo, & oua ad notas curriculum numerandas: & . . . dam, & metas trans . . . & caueas ferreas pe . . . intromitterentur. Locus quæquam deprauatus, ouorum tamen signum exponit. Dio lib. xlix. Scribit, Agrippam, quum **B** videret errare homines in Circo, propter circuituum numerum, delphinos, & ouata opera posuisse, quibus cursuum circuitiones, & conuersiones extenderentur. Iuuenalis Satyra vi.

*Plebeium in Circo postum est, & in aggere satum,*

*Quæ nudis longum ostendit cervicibus aurum,*

*Consulit ante phalas, delphinorumq; columnas.*

Curriculum notas ideo delphini signari uoluerunt quod is animal pernicitatis immensæ sit, de quo Plinius lib. ix. cap. viii. Velocissimum omnium animalium non solum marinorum est Delphinus, ocyor volucre, ocyor telo, ac nisi multum infra rostrum os illi foret medio penè in ventre, nullus piscium celeritatem eius euaderet, sed affert, moram providentia nature, quia nisi resupini atq; conuersi non corripitur, quæ causa præcipuè velocitatem eorum ostendit. Nam quum fame conciti fugientem in vada ima persecuti piscem diutius spiritum continuere, ut arcu emissi ad respirandum emicant, tantaq; ui exiliunt, ut plerumq; vela nauium transuolent. **C** Quorum & delphinorum eiusmodi imagines, tabellis aeneis typis excusis, ostendi. Quatuor & viginti equorum, siue curruum emissiones, recentioribus temporibus singulo Circensi die dari consueverunt, qui missus dicebantur. Cassiodorus: Nec vacat quod viginti quattuor missibus conditio huius certaminis expeditur, ut diei noctisque horæ tali numero clauderentur. Antiquitus singulo Circensium die, xxv. missus dari mos erat. Hinc illud Virgilij iii. Georgicorum,

*Centum quadriungos agitabo ad flumina currus.*

Id est vnus diei Circenses. Ex his, ut in libris de gente Populi Romani, M. Varro scriptum reliquit, vigesimus quintus missus dicebatur ærarius, eo quod de collatione populi celebraretur, qui desijt esse, postquam conferendæ pecuniæ est consuetudo sublata, vnde postea permansit, ut vltimus missus appellaretur ærarius, videlicet vigesimus quartus. Dio lib. lxx. in Caio: Caius (inquit) habitu triumphali templum Augusti dedicauit, nobilissimis pueris ætate florentibus, cum virginibus eiusdem ordinis hymnum canentibus, epulumq; Senatoribus, & eorum vxoribus, ac populo datum, variaq; spectacula edita. Nam & omnis generis musica introducta, & equi duobus diebus certauerunt, priore vicies, posteriore natali Caij die pridie Kal. Septembris, vicies quater. Idq; post hac etiam Caius quoties voluit, fecit, quum antea tantum duodecies certaretur. Et libro lxx. Sumptus Ludorum Circensium immodicè excreuerant, quia vicies quater certabatur. Aliquando verò plures missus vno die dari consueverunt fuisse, in vetustis auctoribus reperitur. Tranquillus in Domitiano, cap. **D** lxxxiii. Ludis (inquit) sæcularibus, Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatij ad quina corripuit. Idem in Claudio cap. xxi. Circenses frequenter in Vaticano commisit, interiecta per quinos missus venatione.

*Oua  
delphini  
curricula  
vñ signa.*

*Missus  
xxvij.  
quodidua  
m.*

*Missus  
xxx. an-  
tiquitus.*

*Missus  
xxx. æ-  
rarius.*

*Centum  
missus.*



Moenia-  
na.

Mappa.

Supra eam Circi partem, vbi carceres fuerunt, & prope earundem carcerum angulos, tria moenia erant paulo prominentia, ex quorum vno committendis quadrigis Circensium signum dare solēbant. Id antiquitus face accensa fiebat; postea vero mappa candida emissa sub Nerone Imperatore, signum Circensibus Ludis, tali casu coepta est vsurpari. Quum Nero prandium protenderet, & celeritatem (vt affollet) avidus spectandi populus efflagitaret, ille mappam qua tergendis manibus utebatur, iussit abijci per fenestram, vt libertatem daret certaminis postulati. Hinc tractum est, vt offensa mappa, certa videatur esse promissio Circensium futurorum; Ita Cassiodorus. Ceterum, mappae usum Nerone antiquiorem fuisse ex Tranquillo intelligitur: Mappa emissa aurigae carceribus egressi, currus agitare incipiebant. Hinc est illud Quintilianj lib. I. cap. X. Mappam vlitatum Circo nomen Poeni sibi vendicant. Vbi interpret: Cur mappam vlitatum Circo nomen Fabius dicit? an quod in Ludis Circensibus mappa à Prætoris victori aurigae veteri instituto mitti solebat? Dicunt non, sed propterea quod in Circensibus spectaculis, pro signo committendarum quadrigarum mittebatur à magistratu. Mappam pro Ludis Circensibus vsurpat Iustinianus in Authenticis Constitutionibus. tit. cv. siue Nouella de Consulibus. Primus Consuli in publicum processus erit Kal. Ianuarijs, qua die Consulatum suscipiet, & huius acquirere codicillos; ab illo secundum producet spectaculum suorum cursu certantium, quod sanè mappam appellant; & tertium uenationem (ut nuncupant) ticantricam non bis, sed semel tantummodo exhibendam; & paulò infra: Postea rursus equorum cursu certantium spectaculum, siue (ut appellant) mappam efficiet, sextum hunc conuentum publicè celebrans. Vetustis temporibus Consul munus erat signum quadrigis committendis dare, ut in Annalibus refert Ennius ita;

Qui signum  
Circensibus  
dederunt.*At Romulus pulcher in alio**Querit Auentino, seruat genus altiuolantum**Certabant urbem Romam, Romanine vocarent**Omni cura viris, vter esset Imperator**Expectant veluti Consul quum mittere signum**Vult, omnes auidi expectant ad carceris oras**Qua mox emittat pisis ex faucibus currus,**Sic expectabat populus, atq; ore timebat.*

Liuius lib. LV. ab Vrbe condita. Ad x. Kal. Octobris, Ludorum Romanorum secundo die, C. Licinio Cos. ad quadrigas mittendas ascendenti, tabularius qui se ex Macedonia uenisse diceret, laureatas litteras attulisse dicitur. Quadrigis missis, Consul curram ascendit, & quum per Circum ueheretur ad foros publicos, laureatas tabellas populo ostendit. Quum uerò uterq; Consul Vrbe abesset, signum quadrigis committendis dabat Prætor. Quod si & is uel casu abesset, uel morbo decumberet, eius rei causa Dictatorem creatum aliquando fuisse, in fine Octauij libri docet Liuius. Hoc bellum à Consulibus bellatū, quidam auctores sunt, eosq; de Samnitibus triumphasse. Fabium etiam in Apuliam processisse, atq; inde magnas prædas egisse; Nec discrepant, quin Dictator eo anno A. Cornelius fuerit. Id ambigitur, belline gerendi causa creatus sit, an ut esset, qui Ludis Romanis (quia L. Plautius Prætor graui morbo fortè implicitus erat) signum mittendis quadrigis daret. Functusq; eo haud sanè memorandi Imperij ministerio, se Dictatura abdicaret, nec facile est, aut rem rei, aut auctorem auctori præferre. Et libro XXI. Exitu anni T. Quinctius Consul Dictatore Comitiorum, Ludorumque faciendorum causa creato T. Manlio Torquato, in magistratu ex uulnere moritur. Dictator magistratū Equitum C. Seruilium dixit. Hinc intelligitur signum quadrigis dari, non nisi maiorum magistratum munus fuisse, ut Dictatoris, Consulis, & Prætoris. Rep. eueria post Augusti tempora, Prætoris munus id fuit. Martialis lib. XII. Epigrammaton.

*Cretatam*

**A** *Cresatam Prætor quum vellet mittere mappam,  
Prætori mappam subripit Hermogenes.*

**Q.** Florens. Aspice populum ad Circense spectaculum, iam cum furore venientem, iam tumultuosum, iam cæcum, iam desponsionibus concitatum. Tardus est illi Prætor, semper oculi in vna eius cum fortibus volutantur. Dehinc ad signum anxij pendunt, vnius demeritæ una vox est, cognosce demeritæ de uanitate. Misit dicunt, & nunciant inuicem, quod simul ab omnibus uisum est. Teneo testimonium cæcitatatis, non uident missam, quid sit, mappam putant, sed est diaboli ab alto præcipitati figura. Imperatores etiam aliquando signum curricula Circensibus dabant. Tranquillus in Augusto cap. xlv. Circensibus aliquando dies totos aberat, petita uenia, commendatisq; qui sua uice præsidendo fungerentur. Idem in Caio cap. xviii. Cômisit subitos Circenses, quum elegantiam apparatus Circi prospicere pauci ex proximis moenianis postulassent. Lampridius in Commodo: Dalmaticatus in publico processit, atque ira signum Circensibus quadrigis committendis dedit. Sed & Imperatorum libertos hoc munere sanctos fuisse, refert in Nerone Suetonius cap. xxi j. Vniuersorum se oculis in Circo Maximo præbuit, aliquo libertorum mittente mappam, unde magistratus solent. Non ab re uisum fuit hoc loco antiquæ tabulæ agitatoris Epitaphium & acta comprehendentis exemplum, & paraphrasticam interpretationem subiicere, quo quum ea quæ supra dixi, tum alia multa id genus explicantur maximè scitu digna.

- 1** C. APPVLEIVS. DIOCLES. AGITATOR. seu auriga FACTIONIS. RVSSATAE.
- 2** NATIONE. HISPANVS. LVSITANVS. Qui uixit ANNOS. XLII. MENS. VII. DIES. XXIII.
- 3** Hic PRIMVM currus AGITAVIT. IN. FACTIONE ALBATA Anno Vrbis conditæ DCCCLXXV. Christi uerò CXXIII. M. ACILIO. M. F. AVIOLA. C. CORELLIO.
- C** Pansa Consulibus.
- 4** PRIMVM. VICIT. IN. FACTIONE. EADEM biennio post, M. ACILIO. GLABRIONE. C. BELLICIO. TORQVATO Consulibus.
- 5** PRIMVM currus AGITAVIT. IN. FACTIONE. PRASINA. Anno Vrbis DCCCX XC. salutis uerò CXXIX. L. Nonio L. F. TORQVATO. ASPRENATE. II. M. ANNIO. M. F. LIBONE Consulibus. PRIMVM. VICIT.
- 6** In factione RVSSATA triennio post, Ser. OCTAVIO LAENATE. PONTIANO. M. ANTONIO. RVFINO Consulibus. Et quum quattuor essent totidem factionum quadrigæ simul concurrentes, quarum quæ gradus & euripum uersus agitabatur, imma, quæ uerò spinæ & metis propior erat, summam dicebant, SVMMA QVADRIGA AGITAVIT ANNIS XXIII. Quæ admodum difficilis & incommoda erat propter uicinas metas, in quarum circuituone non parum periculi aurigæ imminere, ne ijs currum suum impactum discinderet, & uitam cum uictoria uni amitteret. Quum uerò quattuor essent carcerum siue equorum emissionum ostia, quod proximè gradus erat, dicebatur quartum, inferius tertium, aliud metas uersus, secundum, nouissimum à pompa. Igitur Diocles ab omnibus his carcerum ostijs agitando exijt, & quidem MISSVS. OSTIO. IIII. CCLVII. uicibus.
- 7** Tertio, C. secundo LXII. A POMPA autem CX. uicibus. Quum duplex agitandi usus esset, aut solennibus festis, quo singuli simul quattuor factionum agitatores currebant, aut alijs diebus non aliquam ob religionem, sed ex prouocatione. Quo cursu aliquando tantum duo, aliquando tres simul agitatores aurigabant. Diocles currum unum prouocans cursu SINGVLARVM quadrigarum VICIT ∞ LXIII. uicibus. Ex quibus uicibus INDE PRÆMIA. MAIORA. VICIT XCII. In hac tabulâ præmiû maius esse uideretur à xxx. millibus nummum supra, hoc est aureorum coronatorum nostratium nouigentorum. Et ideo notatum est. Ex XCII. præmijs maioribus, suere



fuere  $\overline{\text{XXX}}$ .  $\text{XXXII}$ . idest duo & triginta quę essent singula  $\text{XXX}$ . millium nummum, E hoc est aureorum (ut dixi) nongentorum, EX HIS SEPTIAGES III. Seiuę dicendum opinor, ut infra septiuge. Idest horum maiorum premiorum quę duo & triginta fue re, tres vicit septiuge agitando.  $\overline{\text{XL}}$ .  $\text{XXVII}$ . Inde ex maioribus premijs alia  $\text{XXVIII}$ . tulit  $\text{XL}$ . millium nummum, quę summa est  $\infty$   $\text{CC}$ . coronatorum, Deest in tabula quo cursus genere uicerit duo ex his maioribus premijs  $\text{XL}$ . millia nummum, nisi de quo sit ita dicendum, Ex his seiuę II,

8  $\overline{\text{L}}$ .  $\text{XXIX}$ . idest premia maiora I. millia nummum singula  $\text{XXIX}$ . tulit, aureorum scilicet  $\infty$   $\text{D}$ . Ex quibus INDE SEPTIUGE I. vicit. Demum ex supradictis  $\text{XCII}$ . maioribus premijs  $\overline{\text{LX}}$ . III. sexaginta millia nummum, idest aureorum nostratium  $\infty$   $\text{DCCC}$ . tria vicit. Quę maiora premia in unum subducta  $\text{XCII}$ . sunt, scilicet  $\text{XXXII}$ . triginta millium.  $\text{XXVIII}$ . quadraginta millium.  $\text{XXIX}$ . quinquaginta millium. III. sexaginta millium nummum. Agitando uerò & duas quadrigas prouocando BINARVM scilicet quadrigarum certamine VICIT  $\text{CCCXLVII}$ . In his binorum currum certaminibus TRIGAS AD TIS  $\overline{\text{XV}}$  III. idest trigas agitando uicit quater premium ualoris  $\text{XV}$ . millium nummorum hoc est  $\text{CDI}$ . aureorum. TERNARVM scilicet quadrigarum certamine VICIT  $\text{LI}$ . Quo cursu quattuor simul quadrigę agitatae sunt. Vbi illud annotatione dignum, quod quum dicitur singulas, binas, ternas, & similia, sine aliqua adiunctione, quadrigas intelligendas esse constat, quarum cursus usitatus erat, nam in reliquis currus genus adiungitur, ut bigę, trigę, seiuę & septemiugis: Hactenus auctor tabulę exposuit certamina, & premia, quę Diocles ex prouocatione bigis, trigis, quadrigis, seiuę & septemiugibus cū singulis, binis, & ternis concurrentibus curribus uicit. Modo eas uictorias enumerat, quę Ludis Circensibus ordinarijs, & sacris vicit. Alit igitur AD HONOREM VENIT.  $\infty$ . Idest sine premio singulos factionum secum currentes agitadores uicit millies,

9 . . . . . SECUNDAS scilicet partes tulit  $\text{DCCCLXI}$ , ita ut nisi unum currum qui eam preierit habuerit eadē ratione TERTIAS scilicet partes habuit  $\text{DLXXXVI}$ . Idest nouissimus non fuit. QVARTAS. AD TIS  $\infty$   $\text{I}$ . Quartas ego à ceteris notis distinguo: Idest quartus etiam quod idem est ac nouissimus, & ultimus aliquando fuit. Cuius numeri notā non exprimit, quę sibi honori non esset. Sequitur deinde AD TIS  $\infty$   $\text{I}$ . Idest ad H-S mille millia, uel ut antiqui dicebāt Decies semel uicit. ea summa  $\text{XXX}$ . millium aureorum nostratium erat. FRVSTRA EXIT  $\infty$   $\text{CCCLI}$ . hoc est cursus iustus non fuit, uel quia equorum emissiones legitime nō fuerē, uel quod aliquod aequum impedimentum in currendo ei accidit. AD VENETVM VICIT  $\text{X}$ . decies AD ALBATVM VICIT  $\text{XCI}$ . INDE AD TIS  $\overline{\text{XXX}}$ . II. ex nonaginta una uictoria, qua Albatū factionarium uicit, duas habuit, quę premium  $\text{XXX}$ . millium nummum tulere  
 10 AD PRASINVM uicit H-S  $\text{CCCL}$ . VIII.  $\overline{\text{LX}}$ . III.  $\overline{\text{CX}}$ . X. Ita ego interpretor. Octo prima premia  $\overline{\text{CCCL}}$ . millium nummum, idest Decem millia quingentorum aureorum. deinde tria premia singula I. X. millium nummum, idest  $\infty$   $\text{DCCC}$  aureorum, & Decem premia, CX. millium nummum, idest trium millium trecentorum aureorum H vincendo lucratus est. PRAETEREA BIGAS M VICIT III. AD ALBATVM I. AD PRASINVM II. Bigis H-S decies, idest  $\text{XXX}$ . millia aureorum ter uicit agitatori Albato semel, Prasino uerò bis. Sequitur auctor tabulę, enariās quot modis uicerit Primum OCCVPAVIT. ET VICIT  $\text{DCCCXV}$ . vicibus, idest ubi ex carceribus exiuit primus continuo fuit, & uicit SVCESSIT. ET. VICIT  $\text{LXVII}$ . vicibus. hoc est Alius ante eam aliquando fuit, quem prauenit & uicit, aequauit & uicit  $\text{XXXVI}$ . vicibus, idest aliquādiu simul aliquali cursu cucurrit, tamen superauit & uicit. VARIIS GENERIBVS VICIT  $\text{XLII}$ . ERIPVIT ET VICIT  $\text{DII}$  vicibus, idest actu uel industria concurrentes pręuertit & uicit. Ex tot uictoriarum generibus PRASINIS  $\text{CCXVI}$ . VENETIS  $\text{CCXI}$ . ALBATIS  $\text{LXXXI}$ . palmas tulit. EQVOS CENENARIOS idest centum



**A** centum palmarū victores FECIT Numero VIII. DVCENARIYM I. idest CC. prēmiorum victorem.

12 . . . . . INSIGNIA EIVS

13 . . . . . parto SIBI. QVO ANNO PRIMVM QVADRIGIS VICTOR EXTITIT BIS. ERIPVIT BIS. ACTIS Agitatorum CONTINETVR AVILIVM TERENTINA FACTIONIS SVAE PRIMVM OMNIYM VICISSE ∞ XI. vicibus. EX QVIBVS

14 VNO ANNO PLVRIMVM VINCENDO. VICIT. . . . . QVO ANNO PRIMVM CENTVM VICTORIAS CONSECVTVS EST in his VICTOR fuit Centum millium nummum, idest trium millium coronatorum TER. SINGVLARVM. Quadrigarum certamine VICIT LXXX. millia nummum, idest duum millium Quadringentorum aureorū TER. ET ADHVC AVGENS GLORIAM TITVLI SVI PRAECESSIT THALVYM FACTIONIS SVAE Agitatorem QVI PRIMVS IN FACTIONE RVSSATA

15 . . . . . VICIT DIOCLES OMNIYM AGITATORVM EMINENTISSIMVS QVO ANNO ALIENO PRINCIPIO, idest, quum alteri obtigisset fors principij, idest facilioris loci CXXX QVATVOR vicibus. In his SINGVLARVM quadrigarū certamine vicit CXXVIII. vicibus. QVO TITVLO PRAECESSIT OMNIYM FACTIONVM AGITATORES QVI VNOQVAM . . . . . Ludis CIRCENSIVM INTERFERVNT. OMNIVM ADMIRATIONE MERITO NOTATVM EST QVOD VNO ANNO ALIENO

16 PRINCIPIO DVOBVS INTROIVGIS equis qui ex quattuor quadrigarum interiores sunt COTYNO ET POMPEIANO (equorum nobilium nomina sunt) XC. Millia nummum ∞ DCC coronatorum Nouies LX. millia nummum ∞ DCCC aureorum semel. L. millia nummum, idest ∞ D coronatorum quater XL. millia nummum, idest ∞ CC. aureorum semel XXX. millia nummum, idest nongentorū aureorum bis.

17 . . . . . FACTIONIS PRASINAE VICTOR ∞ XXV. vicibus PRIMVS OMNIYM VRBIS CONDITAE AD T-S L. millia VICIT idest mille & quingentos aureos SEPTIES. DIOCLES PRAECEEDENS EVM INTROIVGIS TRIBVS equis ABIGEIO

18 LVCIDO PARATO L. millia nummum VICIT. OCTIES . . . . . constat COMVNEM. VENVTVM. EPAPHRODITVM TRES AGITATORES MILIARIOS, idest mille palmarum victores. FACTIONIS VENETAE AD T-S L. millia VICISSENT VNDECIES DIOCLES POMPEIANO ET LVGIDO DVOBVS INTROIVGIS equis

19 L. millia nummum VICIT . . . . . puta XII. duodecies . . . . . (deest nomen unius agitatoris) N . . . . . FACTIONIS PRASINAE VICTOR ∞ mille nummum, idest triginta aureorum, aut centum millium nummum, idest trium millium coronatorum XXV. vicibus. ET. FLAVIVS SCORPVVS victor II. duum millium nummum, idest sexaginta aureorum, aut ducentorum millium nummum, idest sex millia aureorum XLVIII. vicibus. ET POMPEIVS MVSCLOSVS VICTOR III. trium millium nummum, idest nonaginta aureorum, aut trecentorum millium nummum, idest nouem millium coronatorum DCXXXII. vicibus millia nummum vicerunt XXVIII. vicibus TRES AGITATORES VICTORES VI. sex millium num

20 morum, idest centum octuaginta aureorum, aut sexcentorum millium nummum, idest decem & octo millium aureorum DCXXXII. vicibus (Nam XXV. XLVIII. &

21 DLVIII. eum numerum reddunt). AD T-S L. miliarij . . . . . At Diocles EMINENTISSIMVS VICTOR ∞ CCCCLXII. vicibus idem prēmium tulit, ac L. millia nummum VICIT XXVIII. VICIBVS vna victoria tres illos antecedens NOBILISSIMO TITVLO DIOCLES NITET. CVM FORTVNATVS FACTIONIS PRASINAE IN VICTORE TVSCO equo VICTOR CCCLXXXVI. palmarum effecit ex his L. millia nummum VICIT IX nouies DIOCLES. Augens gloriā fuit VICTOR CLII. vicibus. Ex his L. millia nummum VICIT decies. LX. millia nummum semel NOVIS COACTIONIBVS idest nouis modis illum populo, uel illum inuistatos cursus suscipere cogente ET NVMQVAM ANTE TITVLIS SCRIPTIS DIOCLES

EMINET

- EMINET QVOD VNA DIE AD H-s XL. millia MISSVS BIS VTRASQVE vincendo E
- 22 VICTOR EMINVIT. AD QVE AMPLIVS . . . . D. SVISQVE SEPTEM EQVIS  
IN SE IVNCTIS NVMQVAM ANTE HOC NVMERO EQVORVM SPECTATO CER-  
TAMINE AD TL-s L. millia IN ABIEGIO equo VICTOR EMINVIT ET SINE  
FLAGELLO quo equi agitabantur ALIIS CERTAMINIBVS AD TL-s XXX. millia vicit
- 23 . . . . . CVM PRIMVM VISVS ESSET HIS NOVITATIBVS DVPLICI ORNA-  
TVS EST GLORIA. INTER MILIARIOS AGITATORES PRIMVM LOCVM OBTI-  
NERE VIDETVR PONTIVS EPAPHRODITVS FACTIONIS VENETAE
- 24 . . . . . Imp. Cæs. ANTONINI AVG. PII. SOLVS VICTOR ∞CCCCXLVII.  
vicibus. In his SINGVLARVM quadrigarum certamine VICIT DCCCCXI. vicibus  
AT DIOCLES PRAECEDENS EVM VICTOR ∞CCCCXII. vicibus fuit INTER  
SINGVLARES quadrigas VICIT ∞LXIII. vicibus ISDEM TEMPORIBVS
- 25 — . . . ERIPVIT ET VICIT CCECXVII. vicibus DIOCLES ERIPVIT ET VICIT  
DII vicibus DIOCLES AGITATOR QVO ANNO VICIT CXXVII. vicibus ABIEGIO F  
LVCIDO POMPEIANO INTROIVGIS TRIBVS VICTOR CIII. vicibus fuit. INTER
- 26 — . . . omnes eminentes AGITATORES INTRIVGIS AFRIS EQUIS PLVRIMVM  
VICERVNT PONTIVS EPAPHRODITVS FACTIONIS VENETAE IN VBALO  
equo VICIT CXXXIII. vicibus POMPEIVS MVSCLOSVS FACTIONIS PRASINAE
- 27 — . . . In his TL-s . . . XV. idest quindecies DIOCLES SVPERATIS EIS IN  
POMPEIANO equo VICTOR FVIT CLII. vicibus. SINGVLARVM quadrigarum  
certamine VICIT CXLIII. vicibus. AMPLIATIS TITVLIS SVIS COTYNO GA-  
LATA ABIEGIO LVCIDO POMPEIANO INTROIVGIS QVINQVE
- 28 — . VICTOR CCCCXLV. vicibus fuit SINGVLARVM quadrigarum certamine vicit  
CCCXC VII. vicibus. Haetenustabula. Nec vlli mirum esse debet aurigarum certan-  
tium premia, & palmas tantae nummorum summae fuisse, quum eos ditissimos fuis-  
se constet, & Iuuenalis Satyra VII. vnus Aurigae patrimoniu, centum causidicorum  
patrimonijs obijciat, quum ait,

*Si libet, hinc centum patrimonia causidicorum*

*Parte alia solum Russati pone lacertae.*

Et Martialis Epigrammaton lib. x. ad Romam,

*Iam parcae lassio Roma gratulatori*

*Lassio clienti quamdiu salutato*

*Antambulones & rogatulos inter*

*Centum merebor plumbeos die toto*

*Cum Scorpis una quindecim graues hora*

*Ferventis auri victor auferat saccos.*

Agitatorum & aurigarum mentionem facit Q. Aurelius Symmachus Urbis Praefectus Epistola V. Libri Primi ad Imperatores Theodosium, & Arcadium Augustos. Orat (inquit) clementiam uestram populus Romanus, ut post illa subsidia quae uidei modo largitas uestra praestabit, etiam curules & Scenicas uoluptates Circo & Pompeianae caueae suggeratis. His enim gaudet Urbana laetitia, cuius desiderium pollicitatione mouistis. Expectantur quotidie nuntij, qui appropinquare urbi munerum promissa confirmet. Aurigarum & equorum fama colligitur, omne uehiculum, omne nauigium, scenicos artifices aduexisse iactatur. Et tamen amor perennitatis uestre acuit desideria plebis non cupiditas ludicrorum. Date igitur interim quae petuntur, ut sit locus ceteris, quae sine fine tribuetis. Et Epistola VIII. ad eosdem. Ergo cum expectari munera principum soleant, nunc accita uenerunt. Praetereo illum diem, quo elephantos Regios per conferta agmina equorum nobilium pompa praecessit. Malo fremitum Murciae uallis exponere, atque illam quadrigarum distributionem in qua sibi quum fortunatior uideretur, cui obiectionem mox urna tribuebat,

**A** buebat, par uel potior erat quem fors fecisset extremum. Quoties sequenti primus inuidit. Dubia est enim optio, quum de similibus iudicatur. Nec putetis istiusmodi uoluptatem plebi Martiæ paruam uideri, cui delinimenta Circensium finitimorum connubium præstiterunt. Cui summus honos uisus est, ut ouantes equorum dorsa gestarent, ut triumphantes currus inueherent, &c.

¶ Figura Ænea. L.

Vt ea quæ tot uerbis & numismatibus de Circensium spectaculis, & curriculis iam diximus magis confirmentur, & locupletior sit labor hic meus, duas tabellas adieci.

**MORATORES LVDI.** Qui equos ad finem certaminis sistebant.

**SELLARII.** Sellarum confectores.

**D TENTORES.** Qui uestes certantium aurigarum tenebant.

**SPARTORES.** Qui easdem purgatas spargebant.

**SVTORES & SARCINATORES** } Qui uestes aurigarum suebant, & ueterascentes farcinabant.

**VIATORES.** Qui Agitatores, & Aurigas accibant.

**VILLICI.** Villarum cuiuscunq; factionis præfecti.

Alia cuiusmodi plura in Circensibus officia fuisse (ut iudices, qui uictorum palmas iudicabant, controuersias ortas dirimebant, ouorum & Delphinorum erectores, qui curricula numerabant, qui Tibicines quos Dionys. lib. vii. pompam Circensem sonando præcedere solitos fuisse tradit) dubiū esse non debet, quæ uetustati exoleuerunt. Hæc porro ministrorum nomina ex infra scriptis inscriptionibus hausi.



AVRIGATIO · CIRCENSIS · EX · VETVSTO · MARMOREO · SEPVLCHRO · QV

BASILICAM · EXTAT · DI

Onuphrij Panuinij Veronensis auctoris aene

Cum priu



Agitatorum & aurigarum mentionem facit Q. Aurelius Symmachus Urbis Praefectus Epistola V. Libri Primi ad Imperatorem Theodosium 2. An. 407.



...magis committitur, & locupletior sit labor hic meus, duas tabellas adieci,

OD · ROMAE · IN · AEDIBVS · COLVMNENSIVM · AD · APOSTOLORVM  
LIGENTER · EXPRESSA

formis Venetijs Anno Sal · ∞ · DLXXX Gr̄ XIII papa  
... principum



L. II. Pag. 41.

MORATORES LVDI. Qui equos ad finem certaminis fistebant

- EMINET QVOD VNA DIE AD H-s XL. millia MISSVS BIS VTRASQVE vincendo E  
 22 VICTOR EMINVIT. AD QVE AMPLIVS . . . D, SVISQVE SEPTEM EQVIS  
 IN SE IVNCTIS NVMQVAM ANTE HOC NVMERO EQVORVM SPECTATO CER-  
 TAMINE AD Tl-s L. millia IN ABIEGIO equo VICTOR EMINVIT ET SINE  
 FLAGELLO quo equi agitabantur ALIIS CERTAMINIBVS AD Tl-s XXX. millia vicit  
 23 . . . . . CVM PRIMVM VISVS ESSET HIS NOVITATIBVS DVPLICI ORNA-  
 TVS EST GLORIA. INTER MILIARIOS AGITATORES PRIMVM LOCVM OBTI-  
 NERE VIDETVR PONTIVS EPAPHRODITVS FACTIONIS VENETAE  
 24 . . . . . Imp. Cæs. ANTONINI AVG. PII. SOLVS VICTOR ∞ CCCCLXVII.  
 vicibus. In his SINGVLARVM quadrigarum certamine VICIT DCCCXLI. vicibus

Agitatorum & aurigarum, mentionem facit Q. Aurelius Symmachus Vrbis Prae-  
 fectus Epistola V. Libri Primi ad Imperatores Theodosium, & Arcadium Augustos.  
 Orat (inquit) clementiam uestram populus Romanus, ut post illa subsidia quæ ui-  
 ctui modo largitas uestra præstabit, etiam curules & Scenicæ voluptates Circo & H  
 Pompeianæ caueæ suggeratis. His enim gaudet Urbana lætitia, cuius desiderium  
 pollicitatione mouistis. Expectantur quotidie nuntij, qui appropinquare vrbi mune-  
 ra promissa confirmant. Aurigarum & equorum fama colligitur, omne uehiculum,  
 omne nauigium, scenicos artifices aduexisse iactatur. Et tamen amor perennitatis  
 uestre acuit desideria plebis non cupiditas ludicrorum. Date igitur interim quæ pe-  
 tuntur, ut sit locus ceteris, quæ sine fine tribuetis. Et Epistola VIII. ad eosdem.  
 Ergo cum expectari munera principum soleant, nunc accita uenerunt. Prætereo il-  
 lum diem, quo elephantos Regios per conferta agmina equorum nobilium pom-  
 pa præcessit. Malo fremitum Murciae uallis exponere, atque illam quadrigarum di-  
 tributionem in qua sibi quum fortunatior uideretur, cui obiectionem mox urna tri-  
 buebat,



**A** buebat, par uel potior erat quem fors fecisset extremum. Quoties sequenti primus inuidit. Dubia est enim opinio, quum de similibus iudicatur. Nec putetis istiusmodi uoluptatem plebi Martiæ paruam uideri, cui delinimenta Circensium finitimorum connubium præstiterunt. Cui summus honos uisus est, ut ouantes equorum dorsa gestarent, ut triumphantes curus inuherent, &c.

§ Figura Aenea. L.

Vt ea quæ tot uerbis & numismatibus de Circensium spectaculis, & curriculis iam diximus magis confirmetur, & locupletior sit labor hic meus, duas tabellas adieci, quarum prior ex lateritio frusto quod Fulginei in Prætorio Ciuitatis extat, delineata est, Circum & aurigas, ac multa Circi ornamenta continet: Posterior uerò ex antiquo marmoreo pilo quod in hortis familiæ Colomnensium Cardinalis Borromei ad **SS.** Apostolos Romæ extat, Polyphemi agitatoris dum aurigaret curru confidentis, & mortui effigiatum Circensium aurigarum spectaculum habet, quibus agitadores octo nominibus suis expressi equis singularibus aurigarum prænuncijs inuidentes, spina, Obeliscus, metæ, cum ternis summitatibus, delphini, oua, Victoria, columnæ, aediculæ, & alia Circi ornamenta accuratissimè expressa, sunt supra à me declarata. Adieci infra inter duos secundæ tabulæ aurigas integrum Circi Maximi typum cum suo ornatu ex Caracalli numismate quod apud Cardinalem Ranutium Farnesium extat formatum, quo & Circensia spectacula, & eorundem locus uno sub aspectu patent.

DE VARIIS CIRCENSIVM SPECTACVLORVM MINISTRIS.  
Cap. XV.

**E**XTANT passim in uetustis monumentis uaria ministrorum Circensium nomina, qui demandata sibi munia impigrè obibant. Quorum præcipui memorantur hi; **QVAESTORES.** Hi pecuniam quæ uniuerso agitatorum gregi, siue factioni obueniebat, conseruabant, diuidebant, & quæ ad factionem pertinebant, procurabant.

**MEDICI.** Aurigas morbo confectos, vel casu luxatos, curabant.

**CONDITORES.** & **Conseruatores gregis,** & qui eorum uices **SVCCONDITIONES** } gerebant.

**PROCVRATORES DROMI.** Qui cursus locum, vel curricula curabant.

**AURIGATORES.** Si ab auriga diuersum nomen est, is aurigarum socius erat.

**MARGARITARIJ.** Qui gemmas, & margaritas agnoscebant, quas agitadores ad ornatum sui emere solebant.

**MORATORES LVDI.** Qui equos ad finem certaminis sistebant.

**SELLARIJ.** Sellarum confectores.

**DENTORES.** Qui uestes certantium aurigarum tenebant.

**SPARTORES.** Qui easdem purgatas spargebant.

**SVTORES** & } Qui uestes aurigarum suebant, & uete-  
**SARCINATORES** } rascentes sarcinabant.

**VIATORES.** Qui Agitadores, & Aurigas accibant.

**VILLICI.** Villarum cuiuscunq; factionis præfecti.

Alia eiusmodi plura in Circensibus officia fuisse (ut iudices, qui uictorum palmas iudicabant, controuersias oras dirimebant, ouorum & Delphinorum erectores, qui curricula numerabant, qui Tibicines quos Dionys. lib. vii. pompam Circensem sonando præcedere solitos fuisse tradit) dubium esse non debet, quæ uerustati exoleuerunt. Hæc porro ministrorum nomina ex infra scriptis inscriptionibus hausi.

## DE LVDIS CIRCENSIBVS,

*Rome.*

DIIS . MANIBVS  
 M. ANTONIO . M. F. ANIENSI  
 MATRINIO . EVOK. AVG.  
 VIX. ANN. XXXIIX . M. VIII,  
 M. ANTONIVS . M. F. ANIEN,  
 PRIMIGENIVS  
 MEDICVS . FACT. RVSSAT  
 FRATRI . SANCTISS. FEC.

*In aedibus Ioannis Contij ad forum Traiani.*

FAMILIAE , QVADRIGARIAE , T . AT . CAPITONIS  
 PANNI . CHELIDONI . CHRESTO , QVAESTORE  
 OLLAE . DIVISAE . DECVRIONIBVS . HEIS . Q . IF . S . S .  
 M. VIPSANIO MVGIONI EROTI TENTORI  
 DOCIMO VILICO M. VIPSANIO FAVSTO  
 CHRESTO CONDITORI HILARO AVRIG  
 EPAPHRO SELLARIO NICANDRO AVRIG  
 MENANDRO AGITATORI EPIGONO AVRIG  
 APOLLONIO AGITATORI ALEXANDRO AVRIG  
 CERDONI AGITATORI NICEPHORO SPARTOR  
 LICCAEO AGITATORI ALEXIONI MORATORI  
 HELLETI SVCCONDITORI VIATORI  
 P. QVINCTIO PRIMO  
 HYLLO MEDICO  
 ANTEROTI TENTORI  
 ANTIOCHO SVTORI  
 PARNACI TENTORI  
 M. VIPSANIO CALAMO  
 M. VIPSANIO DAREO

Hæc est inscriptio factionis Prasinae, quod ex illo verbo panni chelidoni intelligitur. Sic autem index ille legi debet. Familia quadrigaria, idest gregis quadrigas agitantium T. Attij Capitonis (is Augusti tempore Consul fuit) panni chelidoni, id est viridis, hoc est factionis Prasinae, Chresto Questore ollae sepulchrorum diuisae Decurionibus ijs qui infra scripti sunt, &c. Chelidonem Græci hirundinem vocant, quæ quod ineunte Vere, quando omnia virent apparet, pro viridi chelidonæ veteres vsurpauere. Est & chelidon venti, & herbe nomen, de quibus Plinius libro II. cap. LIX. & lib. VIII. cap. XXVII. Fauonium (inquit) quidam ad VII. Kal. Martij Chelidonium vocant, ab hirundinis visu. Et infra. Chelidonium visui saluberrimam hirundines monstrare, vexatis pullorum oculis illa medentes.

*In museo Carpenfi.*

M. VIPSANIO . FELICI . AGITATORI  
 M. VIPSANIO . MAIORI . SVTORI  
 M. VIPSANIO . SEIVLENO . SARCIN  
 M. VIPSANIO . PRIMIGEN . MARGARIT  
 WIPSANIA . FLORA . OLL . IIII . D . D .

*In museo Cad. Carpenfis.*

M. VIPSANIO . FVLLONI . TENTORI  
 M. VIPSANIO . EROTI . AVRIGATORI  
 M. VIPSANIO . MVGIONI . VIATORI  
 M. VIPSANIO . QVARTIN . SVCCONDITORI  
 M. VIPSANIVS . RVFINVS . MEDICVS . FACT  
 VENETA . OLL . IIII . D . D .

*Tertio*

A

*Tertio ultra Tibur lapide.*

Q. RAPIDIO . Q. F. LEM  
SEPVLLIO  
PROCVRATORI  
DRQMI . FACTIONIS  
VENETAE  
Q. RAPIDIVS XENODOTVS  
ET . RAPIDIA IVVENTINA  
PAR . FECERE

*Ibidem .*

Q. RAPIDIO . Q. F. LEM  
MVLIONI  
MORATORI . LVDI . CIRCEN . ET  
AGITATORI . FACTION . VENET .  
VIX . ANN . LX  
RAPIDIA MARITO PISSIMO  
B . M . F

DE PRÆMIIS VICTORVM AVRIGARVM, ET CIRCENSIVM  
sumptibus. Cap. XVI.

B



GITATORVM Circensium bigarum dexterarum victor Marti ob victo- *Premia.*  
riam aliquando imolabatur. Sext. Pompeius: Octobri equus appella-  
tur qui in Campo Martio Mense Octobri imolatur quotannis Marti bi-  
garum uictoricum dexterior. Victoris verò aurigas uaria præmia bra-  
uiatq; vt aureos, coronas, palmas, & uarij generis corollaria habuisse

ex uetustis commentarijs intelligitur. Dio lib. XLIII. refert Senatum inter alios ho-  
mines Cæsari collatos, decreuisse, ut in omnibus equestribus certaminibus præmia  
uictoribus distribueret. Et Tranquillus in Tiberio cap. XXXIII. auctor est, eum Lu-  
dorum ac munerum impensas corripuisse. Dio in Nerone lib. XI. Nero (inquit) præ-  
mia equis proposuit, quibus Ludi Circenses peracti sunt. Et Lâpridius in Alexandro  
ait: Spectacula frequentauit cum summa donandi parsimonia, dicens scenicos, ue-  
natores, & aurigas, sic alendos, quasi seruos nostros. Dio in Nerua: Nerua Imperator  
multa sacrificia, multosque Ludos Circenses, aliaq; nonnulla spectacula sustulit, ut

C

sumptus, quoad eius fieri posset, minueret. Lampridius in Commodò. Circenses  
multos addidit, ex libidine potius quam religione, & ut dominos factionum ditaret.  
Dio in fine lib. LVI. In honorem mortui Augusti decretum à Senatu est, ut natalijs  
eius Ludis Consules quemadmodum in Martis fieri solitum præmia certaminum pro-  
ponerent, Augustalia Tribuni plebis tanquam sacra celebrarent. Iique cuncta eo quo  
consueuerunt fieri more peregerunt, uelut triumphali Ludis Circensibus usi, currum  
tamen non conscenderunt. De uarijs uerò præmiorum generibus, varia apud aucto-  
res leguntur, Tranquillus in Claudio cap. XXI. Nec ullo spectaculi genere commu-  
nior aut remissior erat, aded ut oblatos uictoribus aureos prolaraque sinistra pariter  
cum vulgo uoce digitisq; numeraret, ac sepe hortando, rogandoq; homines ad hila-  
ritatem prouocaret. De palmis. T. Liuius in fine lib. X. Sp. Caruilio, L. Papirio Con-  
sulibus, Coronati primum ob res bello bene gestas Ludos Romanos spectauerunt,  
palmaeq; tum primum translato è Græcia more uictoribus datæ. Gellius lib. III. cap.  
VI. ex VII. Problematum Aristotelis, & VII. Symposiacorum Plutarchi auctor est, si

D

supra palmæ arboris lignum magna pondera imponas, ac tam grauius urgeas, oner-  
esq; vt magnitudo oneris sustineri non queat, non deorsum palma cedit, nec intra  
flectitur, sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur recuruiaturq; propterea (in-  
quit) Plutarchus in certaminibus palmam signum esse placuit Victoris, quoniam in-  
genium eiusmodi ligni est, ut urgentibus opprimentibusq; non cedat. Tranquillus  
in Nerone cap. V. Cn. Domitius, L. F. Neronis Imperatoris pater, in Prætura merce-  
de palmarum aurigarios fraudauit. Notatus ob hæc etiam fororis ioco querentibus  
dominis factionum representanda præmia in posterum faxit. & cap. XXII. Neq; dis-  
simulabat Nero uelle se palmarum numerum ampliare, quare spectaculum multipli-  
caris missilibus in serum protraheretur, ne dominis quidem iam factionum dignan-



tibus nisi ad totius diei cūsum greges ducere. Palmatum nomine omnia præmiorum E  
*Corone.* genera intelligi opinor, ut aurum, uestes, equos, agros, mancipia, & similia. De corōnis. Plinius libro XXI. cap. III. Crassus diues primus argento auroque folia imitatus Ludis suis coronas dedit. Accesserunt quoq; & lemnici, quos adijci ipsarum cotonarum honos erat, propter Hetruscas, quibus iungi nisi aurei non debebant, puri diu fuisse ij. Cælare eos primus instituit P. Claudius Pulcher bractæasq; etiam phylitæ dedit, semper tamen auctoritas, uel ludicro quæsitum fuit. Namque ad certamina in Circum per Ludos, & ipsi descendebant, & fetuos suos quisque mittebant. Inde illa XII. tabularum lex. Qui coronam parit, ipse pecuniaue eius, uirtutis ergo arguitur. Quam serui equiue meruissent pecunia partam lege dici, nemo dubitauit. Quis ergo honos? ut ipsi mortuo, parentibusq; eius dum intus positus esset, foris e ferretur sine fraude esset imposita. Aliàs in usu promiscuo ne ludicræ quidem etât. Dio in Nerone. In Olympijs currus agitauit, quumque ex eo decidisset, ita, ut ferè eo casu attereretur, corona donatus est, quam obrem dederat Hellanodidis, hi iudices erant Olympiorum H-S decies. Certauit in omnibus Vtibus in quibus certamina fiebant, ubi quotiescunque præcone opus fuit, Cluuius Ruso uiro Consulari est usus. Præconium uerò victoriæ his uerbis enunciabatur. NERO CAESAR, VICTOR HVIVS CERTAMINIS, CORONAT POPVLVM ROMANVM. ET SVVM ORBEM TERRARVM. Sex. Pompeius. Donaticæ coronæ dictæ, quod his autores in Ludis donabantur, quæ postea magnificentiæ causâ institutæ sunt super modum aparum capitibus quali amplitudine fiunt cum Lares ornantur. De corollarijs Tranquillus in Augusto cap. XLV. Corollaria & præmia alienis quoq; muneribus, & Ludis, & crebra, & grandia de suo offerebat. Nullique Græco certamini interfuit, quod non pro merito certantium quemque honorauerit. Flau. Vopiscus in Aureliano. Vidimus (inquit) proximè Consulatum Fuij Placidi tanto ambitu in Circo editum, ut non præmia dari aurigis, sed patrimonia uiderentur, quum darentur tunicæ subfericiæ, lineæ paragaudæ, darentur etiam equi, ingemiscuntibus stugi hominibus. G

*Corollaria.*

#### DE RELIQUIS CIRCI RELIGIOSIS, SACRISQVE ORNAMENTIS. Cap. XVII.



VLTA Circi ornamenta fuisse cum antiquis lapidum, nummotum, & gemmatum monumentis, testantur ueteres auctores, Tertullianus, Cassiodorus, & Isidorus. Quæ aut Circi ornatui, & necessitati; aut ornamento, & religioni simul apposita erant. Prioris generis supra exposui, modo posterioris aperiam. In Circi. n. ornamentis, & Ludis, quos uetustas habuit sacros, magnarum rerum inditia (ut Cassiodorus ait) significationesq; claudiebantur: & (ut scribit Isidorus) ueteres Circensia Ludicra ad mundi causas referentes, ea ijs assimilabant, ut hac ratione religionem suam in perpetuum constitutam vulgò exornarent. Inter sacra porrò Circi ornamenta, maximum, & admitatio- H  
*Obeliscus*  
*Circi ma-*  
*ior.* ne dignissimum fuit, Obeliscus. Is in medio Circi & spinæ inter utraq; metas locatus erat, longitudine cum basi sua pedum CXXXII. notis hieroglyphicis, siue sacris Aegyptiorum litteris repletus. Qui Soli dicatus erat, quod per medium Orbem terrarum, & coelum Sol curreret, cuius similitudinem Circus significabat. Medio uerò spacio ab utraq; meta constitutus Obeliscus fastigium, summatemq; coeli significabat, quum Sol ab utroque spacio medio horarum distinctime transcendat. In Obelisci apice orbis ex Pyropo super impositus erat, igniuomus, quod Sol plurimū ignis, ac caloris haberet. Pyropum autem est mixtura trium partium aeris, & quartæ auri, ut lib. XXXIII. cap. II. x. tradit Plinius his uerbis: In Cypro aes coronarium, ut regulare est, utrumq; ductile. Coronarium tenuatur in laminas, taurorumque felle tinctum, speciem

*Pyropus.*

A speciem auri in coronis histronum præbet. Idemq; in vnciam additis auri scrupulis senis prætenui pyropi bractea ignefcit. Et Propertius lib. III. Elegia, quare Iuppiter Feretrius dictus apertius id tradit, quum ait:

*Picta nec indulto fulgebat Parma Pyropo.*

Ex quo metallo orbes illi qui Obeliscis eis imponebantur, facti erant, ut est palla rotunda quæ super Obeliscum Vaticanum prope Basilicam Sancti Petri hodie uisitur. Quam ego aliquando vidi reuerberantibus eam Solis radijs ita accensam, ut cli- banum accensum, & inflammatum videretur. Quare mirandum, recentiores gemmâ illam notissimam Carbunculum, Pyropi nomine uocasse, quos uocis ignem signifi- cantis similitudine deceptos fuisse opinor. Summo Obeliscorum uertice rosas inci- sas fuisse auctor est Aufonius in Rosa, sic:

*Hæc aperit primi fastigia celsa Obelisci*

*Mucronem absolvens purpurei capitis.*

B Non longè uerò à Solis Obelisco metas uersus, eidem spinæ alter impositus erat minor Obeliscus, pedum XXCIIX. Lunæ dicatus, notis & ipse Hieroglyphicis refer- tus. De Circi Obeliscis Tertullianus: Obelisci (inquit) enormitas (ut Hermateles ad firmat) Soli prostituta, scriptura eius, unde, & census, de Ægypto superstitio est. Et Cassiodorus: Obeliscorum prolixitas ad Circi altitudinem subleuatur, sed prior Soli, inferior Lunæ dicatus est, ubi sacra prisorum Chaldaicis signis, quasi litteris indi- cantur. Dio lib. LXI. Nero post reditum ex Græcia suum ad urbem, Circenses impe- rante, coronas omnes quas curru certando victor obtinuerat, attulit in Circum, & Obelisco Ægyptio imposuit. Hæ erant numero ∞ DCCVIII. postea currus agitauit.

*Obeliscus  
Circi mi-  
nor*

Est Obeliscus Ammiano Marcellino teste, trabes asperrima, sensim à proceritate in excelsum confurgens, paulatimq; radiorum ante in metae figuram gracilescens, spe- cie quadrata, in uertice producta angusta, è lapide Thebaico Syenite, quem antea Pyropoecilôn uocabant (ut scribit Plinius) excisa, & artificis manu postea leuigata.

*Obeliscus  
quid.*

C Solis pôrrò numini ab Ægyptijs ideo sacratum erant, quod radiorum similitudine fierent. Primus omnium ob eiusmodi causam (ut Isidorus lib. XVIII. tradit) eos instituit Ægyptiorum Rex Mithres, qui Heliopoli Solis Vrbe regnauit. Quum aliquan- do Nilus uiolenti inundatione Ægyptum in se infuset, indignatus Mithres tanquam poenas à flumine exacturus, sagittam in undas iaculauit. Non multo post graui ual- etudine correptus lumina amisit, somnio iussus est Obeliscum uouere Soli, si uisum recipere uellet, quo exsoluto, oculos recepit, & illico duos Obeliscos Soli sacrauit, & cuncta hæc in iisdem Obeliscis Ægyptiorum sacris notis inscripsit. Postea ceteri post eum Reges complures, & egregios alios erexerunt. Herodotus libro II. Obeli- scorum inuentorem fuisse refert Sesostridis filium Pheronem, qui cæcus decennio quum fuisset, oraculo monitus uisum recepit: & ea calamitate liberatus, quum alia in alijs templis donaria memoratu digna posuisset, tum maximè memorabilia ac spe- ctaculo digna in templo Solis gemina faxa, quos Obelos uocant à figura, utrumque

*Obelisco-  
rum inuen-  
tor.*

D centenum cubitorum longitudinis, octonum latitudinis. Plinius libro XXXVI. cap. VIII. circa Syenem uerò Thebaidis lapis est Syenites, quem ante Pyropoecilôn uo- cabant. Trabes ex eo fecere Reges quodam certamine, Obeliscos uocantes, Solis numini sacratos. Radiorum eius argumentum in effigie est, & ita significatur nomi- ne Ægyptio. Primus omnium id instituit Mithres, qui in Solis Vrbe regnabat som- nio iussus, ut hoc ipsum in scriptum est in eo, etenim sculpturae illae, effigiesq; quas uidemus, Ægyptiæ sunt litterae; postea alij Regum in supradicta Vrbe. Sostris quat- tuor numero quadragenam, & octonum cubitorum longitudinis; Remeffes autem (is quo regnante Ilium captum est) quadraginta cubitorum, idemq; digressus inde, ubi fuit Mænonis Regia, posuit alium longitudine undecenis pedibus per latera cu- bitis quattuor. De Obeliscis Thebaico, Alexandrino, Campi Martij pro gnomone

*Mithres  
alias Mi-  
tres.  
Sostris a-  
lias Sochis  
Remeffes  
alias Ra-  
miffes.  
Mænonis  
alias Mæ-  
uidis.*

hora.



*Obeliscus  
Circi Ma-  
ximi.*

horatū. Vaticano, & alijs vide Plinium lib. xxxvi. ca. ix. x. xi. xii. & infra in hoc lib. E  
De Obelisco verò Circi Maximi idem Plinius cap. ix. eiusdem libri. Diuus (inquit)  
Augustus in Circo Maximo constituit Obeliscum excisum à Rege Semnefereto, quo  
regnante, Pythagoras in Ægypto fuit, centum xxv. pedum, & dodrantis, præter basim  
eiusdem, eiusdem lapidis. Is verò qui est in campo Martio, nouem pedum minor est,  
à Sesostride inscriptam ambo rerum interpretationem Ægyptiorum operæ, & Phi-  
losophiæ continent. De eodem etiam, & alijs Obeliscis ita mentionem facit rerum  
gestarum lib. xvii. Ammianus Marcellinus: Inter hæc recreandarum exordia Gallia-  
rum administrante secundam adhuc Orfito præfecturam, Obeliscus Romæ in Circo  
erectus est Maximo. Super quo nunc quia tempestiuum est, pauca discurram. Urbem  
priscis sæculis conditam ambitiosa moenium strue, & portarum centum quondam  
aditibus celebrem hecatompylon Thebas institutores ex facto cognominarunt, cuius  
vocabulo prouincia nunc usque Thebais appellatur. Hanc inter exordia pan-  
dentis se late Cartaginis, improuiso ex accursu duces oppressit: e Poenorum, posteaq; F  
reparatam Persarum Rex ille Cambyfes, quo ad vixerat, alieni cupidus, & immanis,  
Ægypto perrupta aggressus est, vt opes exinde raperet inuidendas, ne Deorum qui-  
dem donarijs parcens, qui dum inter prædatores turbulentus concursat, laxitate per-  
peditus indumentorum concidit pronus, ac suomet pugione, quem apertum femo-  
ri dextro gerebat, subito vi ruinae nudato vulneratus fataliter interijt. Longe autem  
postea Cornelius Gallus Octauiano res tenente Romanas, Ægypti procurator, ex-  
hausit ciuitatem plurimis interceptis, reuersusq; cum furtorum arcesseret, & depopu-  
lata Prouinciæ metu nobilitatis acriter indignate, cui negocium spectandum de-  
derat Imperator, stricto incubuit ferro. In hac Vrbe inter labra ingentia, diuersasq;  
moles figmenta Ægyptiorum numini exprimentes, Obeliscos vidimus plures, aliosq;  
iacentes, & comminutos, quos antiqui Reges bello domitis gentibus, aut prosperi-  
tatibus summarum rerum elati, montium venis, vel apud extremos Orbis incolas per-  
scrutatis excisos, erectosq; Dijs superis in religione dicarunt; Est autem Obeliscus G  
asperrimus lapis in figuram metæ cuiusdam sensim ad præceritatem consurgens ex-  
celsam, vtque radium immitetur gracilescens paulisper specie quadrata in verticem  
productus angustum, manu leuigatum artificis. Formarum autem innumeras notas  
Hieroglyphicas appellatas, quas ei vndique videmus incisas initialis sapientiæ vetus  
insignit auctoritas. Volucrum enim, ferarumque etiam alieni mundi genera mul-  
ta sculpsit; Ad æui quoque sequentis ætates Imperatorum vulgatus proue-  
niente memoria, promissa vel soluta Regum vota monstrabant. Non enim vt nunc  
litterarum numerus præstitutus, & facilis exprimit, quicquid humana mens concipere  
potest. Ita prisci quoque scriptitarunt Ægyptij, sed singulæ litteræ singulis no-  
minibus seruibant, & verbis nonnumquam significabant integros sensus, cuius rei  
scientiam in his interim sit duobus exemplum. Per vulturem naturæ vocabulum  
pandunt, quia mares nullos posse inter has alites inueniri rationes memorant phy-  
sicae, perque speciem apis mella conficientis, indicant Regem moderari cum iocundi-  
tate. Aculeos quoque innasci debere his signis ostendentes, & similia plurima. Et  
quia sufflantes adultores ex more constantium id sine modo strepebant; Quod  
cum Octauius Augustus Obeliscos duos ab Heliopolitana Ciuitate transtulisset Ægy-  
ptia, quorum vnus in Circo Maximo, alter in Campo locatus est Martio, hunc recens  
aduectum difficultate magnitudinis territus, nec cotrectare ausus est, nec mouere.  
Discant qui ignorant veterem principem translatis aliquibus hunc intactum ideo  
præterijisse, quod Deo Soli speciali munere dedicatus fixusque intra ambitiosi templi  
delubra, quæ cõtigi non poterant tanquam apex omnium eminebant. Verum Con-  
stantinus id parui ducens, auulsam hanc molem sedibus suis, nihilq; committere in re-  
ligionem rectè existimans, si ablatum vno templo miraculum Romæ sacralet, id est in  
templo



**A** templo mundi totius iacere diu perpeffus est, dum translationi pararentur utilia.

Quo per alueum Nili conuecto proiectoque, Alexandriae, nauis amplitudinis ante hac inusitatae aedificata est, sub trecentis remigibus agitanda, quibus ita prouisis, digressoque uita principe memorato, uirgens effectus intepuit, tandemque sero impositus naui, per maria, fluentaque Tibridis, uelut pauentis, ne quod paene ignotus miserat Nilus ipse parum sub emeatus sui discrimine moenibus alumnis inferret. Defertur in vicum Alexandri, tertio lapide ab Vrbe seiunctum, unde carrucis impositus tractusq; laenius per Ostiensem Portum, piscinamq; publicam, Circo illatus est *Chamul-*  
*cis.* Maximo; sola post hæc restabat erectio, que uix aut ne uix quidem sperabatur posse compleri, erectisq; usq; ad periculum altis trabibus, ut machinarum cerneret nemus, innectuntur uasti funes, & longi ad speciem multiplicium liciorum coelum densitate nimia subtexentes, quibus colligatis, mons ipse effigiatus scriptilibus elementis, paulatimque id per arduum inane pretenus, diuque pensilis hominum millibus multis, tan-

**B** quam molendarias rotantibus metas, cauea locatur in media, eique sphaera superponitur athena aureis laminis nitens, qua confestim ui ignis diuini contacta, ideoque sublata, facis immitamentum in figura aereum, itidem auro imbracteatum, uelut abundantanti flamma canentis, securaeque aetates alios transfulerunt, quorum vnus in Vaticano, alter in Hortis Salustij, duo in Augusti monumento erecti sunt. Qui autem notarum textus Obelisco incisus est ueteri, quem uidemus in Circo, Hermapionis librum sequuti, interpretatum litteris subiecimus Graecis.

Principium interpretationis incipit à parte Australi.

Versus Primus.

Hæc sunt que Regi Rameste dono dedimus. Qui à Sole & Apolline, qui uniuerso Orbi terrarum cum lætitia dominatur, diligitur. Fortis & ueritatis amator, filius Heronis Deo genitus conditor uniuersi. A Sole electus, Marte strenuus Rex Ramestes, cui omnis subiecta est terra cum robore, & audacia. Rex Ramestes Solis filius sempiternus.

Versus Secundus.

**C** Apollo fortis ueritatis præfectus, Diadematis dominus, qui Aegyptum illustrauit & possedit, & Heliopolim pulcherrimam fecit, & reliquum Orbis terrarum fabricauit, & multis honoribus coluit Deos qui sunt in Heliopoli, quem Sol diligit.

Versus Tertius.

Apollo fortis Solis filius undiq; splendens, à Sole electus, & à potenti Marte donis auctus. Cuius bona in omne æuum durant. Quem Ammon diligit, quod impleuerit templum Palmae bonis, & Dij ei longam uitam tribuerunt. Apollo fortis Heronis filius Rex orbis Ramestes, qui custodiuit Aegyptum, aliarum gentium uictorij, à Sole dilectus. Cui Dij longum uitae tempus donauerant. Dominus Orbis terrarum Ramestes sempiternus.

Alius versus Secundus.

**D** Magnus Deus Sol cæli Dominus, tibi uitam donauit nullo unquam tempore tædio futuram. Apollo fortis dominus diadematis incomparabilis, & qui effingi non potest, quorum Colossos in hoc Regno dedicauit Dominus Aegypti, & ornauit Heliopolim, & similiter Solem ipsum cæli dominum. Compleuit opus bonum Solis filius Rex sempiternus.

Tertius versus.

Sol Deus cæli Dominus donauit Rameste Regi Imperium & potentiam super omnes. Qui à temporum ueridico Domino Apolline, & Vulcano Deorum patre electus est Martis studio. Rex totius alacritatis Solis filius, & à Sole dilectus.

A parte Subfolani versus primus.

Magnus Deus ex Heliopoli coelestis & fortis Apollo Heronis filius, à Sole educatus, à Dijs honoratus, totius terræ dominator, à Sole electus, Fortis Rex, Martis caussa  
ab An-

ab Ammone amatus, & ab vniuersi illuminatore Rex sempiternus constitutus.

Cæcidit maximus hic Obeliscus, atq; in plures partes fractus sub hortis iacet, ubi olim erat Circi Maximi harena, quem annis aliquot ante cum ibidem effossus esset, miranda aspeximus magnitudinis. Crediderim ego à præfiscis illis Christianis circa belli Gothici tempora dirutum, quibus etiam Circenses in Italia fieri desierunt.

Obeliscorum porrò quum duo genera essent, maiorum Soli, & minorum Lunæ dedicatorum, hodie Romæ utriusque generis extant; maiores sunt Varicanus pedum LXXII. duo Mausolei Augusti, unus in Circo viæ Appiæ, alter in Circo Salustij, & similes. minores uerò, is qui apud aediculam Sancti Machuti erectus est, & alter iacens in area basilicæ Apostolorum prope Columniense domus. Visuntur quoque per Urbem frustra aliquot aliorum eius generis. De Obeliscis satis dictum est, ad reliqua Circi sacra ornamenta eidem spinæ, ut ex supradictis monumentis liquet, imposita, transeamus, quæ ad ueterem superstitionem pertinentia, magnarum, & arcanarum rerum significationes habebant, de quibus singulis Tertullianus in Libro de Spectaculis accuratè mentionem facit. Posteaquã de Obeliscis abundè uerba feci, labori huic consentaneum esse existimaui, tabellam subijcere quæ quattuor præcipuos complecteretur. Vaticanũ scilicet qui in Circo Cui & Neronis principum adhuc superest. Alexandrinum, Salustij, & Circi viæ Appiæ notis Hieroglyphicis ornati, & diligentissime mea opera expressi.

*Solis delubrii, & effigies.*

Ante omnia igitur iuxta maiorem Obeliscum, Solis delubrum, cum eiusdem effigie super aediculæ ipsius tympanum locata erant, de quibus Q. Florens: Solis edes medio spatio, & effigies de fastigio, aedis emicat, quod non putauerunt sub tecto conservandum, quem in aperto habent. Tacitus libro xv. Tum decreta dona, & grates Deis decernuntur, propriusque honos Soli, cui est uetus aedes apud Circum, qui oecula coniurationis numine retexisset.

*Mater magna.*

Ab alio Obelisci latere erat Isis siue Cybeles Deorum matris simulachrum, quæ diademate turrato caput cinctum habens, Leoni insidebat, altera manu sistrum Ægyptum instrumentum, altera uerò mali figura pallam rotundam, siue orbem tenes, per quam rerum naturam designabant, quod in orbe uis illa diuina sit, quam naturam dicimus. Ad extremas metas ara Consi, & Murciae delubriũ erant. De ara Consi M. Varro lib. v. Consualia dicta à Conso, quod tum seriè publicè Circo, & in Circo ad aram eius ab sacerdotibus fiunt, Ludi illi quibus uirgines Sabinæ raptæ. Et Plutarchus in Romulo: Fama vulgata ab eo primum est, cuiusdam Dei aram conditam sub terra inuenisse, eiq; Deo Conso nomen indiderunt, siue à consilio, quod consiliarius foret, siue Neptunus equestris. Nam ara est in Circo Maximo posita, quæ reliquum quidem tempus latet, in equestribus autem cæminibus aperitur. Placet tamen alijs quoniam consilium arcanum, & minimè palam esse oportet, subterraneam haud temere & apertam Dei aram esse. De utrisque, Murciae scilicet & Consi aris, Q. Septimius: Frigebat demonum concilium sine sua matre magna, ea itaq; illic præfidet Euripo. Consi (ut diximus) apud metas in terra delitescit. Murcia quoq; Idolum facit, Murcia. n. Deam amoris noluĩt. (De qua latius supra dixi) cui in illa parte aedem uouere.

*Delphini Colinae. Seriae. Murciae. Tutellinae.*

Erant ibidem Delphinarum septem columnis impositorum in honorem Neptuni simulachra, item columnæ setiae à setia fementum; metiae, uel messiae à Metia, uel Roncina, uel Messia metendi, aut messum Deabus; atq; tutellinae à Tutellina tutrice, & omnium frugum conseruatrice denominatae, & in earundem Dearum cultum dedicatae, quarum omnium imagines, ex antiquis monumentis delineatas infra subijciam. M. Varro apud Nonium Marcellum: Tuam fidem non Tutellinam quam ego ipse inuoco. Et Plinius lib. xlix. cap. ii. Numa Fornacalia instituit farris torrendi ferias, & aequè religiosas terminis agrorum. Hos. n. Deos tunc maximè nouerant Seram, quæ à ferendo, segetum à segetibus appellabant, quarum simulachra in Circo ui-



41-1217



CIRCI-MAXIMI ET PALATII-ANTIQUI IMPERATORVM ROMANORVM-EX-HEIS-QVAE SVSPERSVNT monumentis certissima delineatio Onuphrij Panuinij Veronensis auctoris impensa et aeneis formis. Romae anno Salutis

PALATIUM



Templum Matris Deum Domus Flavia

Theatrum Augusti alias palatinum

Occidens et forum Boarium

Opyi

Magpa

Bigae

Atrium

Meta

Borne Pyramidalis  
Pinnata Septemviva  
Bist

Obeliscus iunae  
Delphini  
Victor

Ara Victoria  
Sarcophagus  
Tropaeum

Vasa Sacra  
Genus P. R.

Ara gentii  
Ara Mercurii  
Ara Iulii

Magnum

PODIUM

Parti du theatre où  
jouaient  
les mimes  
A.S.

TABERNAE MERCATORUM

CIRCUS

Meridies et









**A**co uidemus. Tertiam ex ijs nominare sub tecto religio est. Quam Macrobus lib. 1. Saturnalium cap. xvi. Tutilinam nominat, ideoq; à Romanis cultam ait, vt conditam iam fruges incorruptas tueretur. De iisdem Q. Florens. Delphinos (inquit) Neptuno uouent; columnas setias, à sementatoribus, messias à messibus, tutelinas à tutelis frugum sustinent. Ante has uerò arae trinis Dijs parent, Magnis, Valentibus, & Potentibus; eosdemque, & Samothracas existimant. Hos ego Deos Lares Urbis Romæ fuisse opinor, quoniam & ipsi Magni dicuntur, quorum honori, Ludos Circenses factos Romanos, & Magnos dici, auctor est Pedianus. Erant ibi etiam oua columellis imposta, in Castoris & Pollucis quos Iouis cygni ouo genitos credebant memoriam erecta. Erat Oleæ Surculus, pacem designans quam quum homines habent, rectè uiuunt; de quo Tertullianus: Nam & riuulus tenuis ex suo fonte, & surculus modicus ex sua fronde qualitatem originis continent. Sed & Fortunae, Victoriaeque Simulachra eodem in loco uisèbantur, quarum alteram colebant ut propitia effect; alteram uerò, quod omnium gentium uictores fuisset. Cuius etiam in Curia signum dedicarunt. De aliquot signis in Circo locatis mentionem facit Lilius lib. xl. Verprocellosum (inquit) fuit eo anno, pridie Palilia, medio ferme die atrox cum uento tempestas coorta multis sacris profanisq; locis stragem fecit. Signa in Circo Maximo cum columnis quibus superstabant euertit, ob ea prodigia xx. hostijs maioribus sacrificatum est, diem unum supplicatio fuit. Idem lib. xlix. Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, & A. Postumius Albinus faciebant, malus in Circo in stabulis, in signum Pollentium procidit, atq; id deiecit. Ea religione moti Patres, & diem unum adiiciendum Ludorum celebritati censuerunt, & signa duo pro uno reponenda, & nouum auratum faciendum. Spartianus in Seuero: Die Circensium, quum tres victoriae more solito essent locatae gypseae cum palmis, media quæ Seueri nomine ascripta orbem palmis tenebat, uento ista de Podio stans decidit, & humi constitit: Ea; quæ Getæ nomine inscripta erat, corruit, & omnis comminuta est.

**C**illa uerò quæ Bassiani titulum praeferebat, amissa palma, uenti turbine uix constitit. Lilius libro xx xiiii. L. Stertinius ex ulteriore Hispania reuersus, de manubijs duos fornices in foro boario ante Fortunae Aedem, & Matris Matutae unum; Alterum in Circo Maximo fecit, & his fornicibus signa aurata imposuit. Plinius lib. xx xiiii. cap. iiii. Caius princeps in Circo pecma duxit, in quo fuere argenti pondo cxxiiii. Iuxta metam supra spinam erat praemiorum locus ad quem gradibus ascendebatur, & aurigas uictor è curru desiliens eo conscenso, brauium propositum tollebat. Demum in antiquis lapideis tabulis aliquot alia ornamenta, & signa, aræ, tripodes, & similia, super eandem spinam locata conspiciuntur, quorum certam, & exploratam cognitionem adhuc habere non potui.

*Diij Magni, Valentibus, Potentes. Ternarijs arae. Oua Castoris. Surculus Oleae. Simulachra Fortunae, & Victoriae*

*Pollentia*

*Victorias tres.*

*Signum.*

*Pecma.*

*Locus brauiorum*

**G** Figura Aenea Circi Maximi exedificati. M.

**D** Circi Maximi partibus, & cunctis. Circensium curriculis expeditis, operae precium uisum est, in huius capituli sine antiquam Circi Maximi topographiam ex uetustis no mismatum, tabularum marmorearum, & librorum monumentis, ac ijs quæ supersunt eiusdem fragmentis delineatam, ac omnibus numeris absolutam, subijcere. Qua Circi locus, palatij anteriores ad Circum vergentes partes, moenianum Imperatorum è quo Ludos spectabant, Circi gradus spectantibus completi, porticus, officinæ, euripus, claustra, moeniana, spina, metæ, Obelisci, & spinæ imponi ornamenta, aediculae, arae, simulachra, columnae, & similia à me supra abundè explicata, ita agitates curus aurigae exprimerentur.

§ Figura Aenea ruinae Circi Maximi. N.

Alteram postea tabellam subijcere placuit eundem Circum omnino dirutum, temporum iniuria ruderibus hortisq; completum, item vastas palatij parietinae ruinas dissipatum, omnibus ornamentis spoliatum continentem. Vt ex utriusq; tabulae comparatione imbecillitatis humanae casus intelligamus, sciamusq; nihil esse ruinas, & cladibus magis obnoxium, quam eas res quas ut aeternas aliquando tantopere mortales mirantur.

Figura Aenea sex Circorum Nomismatum. O.

Antequam aliorum Urbis Circorum descriptionem afferam, conueniens uisum est, hanc tabellam adijcere sex nomismata Circum Maximum, uel alios comprehendentia, & elegantissimè percussa. Eorum quattuor priora uariata Traiani Imperatoris sunt, quem Circum Maximum restituisse Dio auctor est. Quintum Hadriani de quo nihil adhuc memoratu dignum inueni. Sextum nouae structurae Circum continens Gallieni est, quem multa in eo spectacula edidisse refert Trebellius Pollio.

DE RELIQVIS VRBIS CIRCIS, ET PRIMVM DE FLAMINIO.  
Cap. XVIII.

Circus  
Flamini  
à quo.



**B**RAETER Circum Maximum, de quo abundè suprà dixi, septem (vt P. Victor in libro de Regionibus Urbis Romae) siue octo (vt ex ipsorum reliquijs constat) in Vrbe Circi fuere. Quorum post Maximum, ornatis-  
tissimus, & antiquissimus Flaminius fuit, quem Plutarchus in Problematibus uocatum fuisse scribit à quodam Flaminio, qui antiquitus Ciuitati agros, & hereditatem amplam ex testamento reliquit. Cuius pars maior Ludis equestribus hoc in Circo edi solitis impendebatur, & quum adhuc multa superesset pecunia, ex ea uia munita est, quam de eiusdem nomine Flaminiam ueteres dixerunt; quod & Liuius libro III. ab Vrbe condita innuere uidetur, quum ait: Confestum de Consulibus creandis cum prouocatione, M. Duilius rogationem perulit, ea omnia in pratis Flaminij concilio plebis acta, quem nunc Circum Flaminium appellant, ubi aperte scribit, ea loca, in quibus Circus Flaminius postea extructus fuit, prata Flaminia tunc appellata fuisse; idem ipse magis confirmare uidetur paulò post, ubi ait: Consules ex composito eodem biduo ad Urbem accessere, Senatumque in Martiana Campum euocauere, ubi quum de rebus ab se gestis agerent, quaeesti primores Patrum, Senatum inter milites data opera terroris causa haberi. Itaque, inde Consules ne criminationi locus esset, in prata Flaminia, ubi nunc aedes Apollinis est, Circum iam tum Apollinarem appellabant, auocauere Senatum. Hoc uerò factum fuit anno Urbis CCC. Sed & M. Varro lib. IIII. de Verborum significatione ad Ciceronem, non alienus ab hac sententia est: Circus (inquit) Flaminius dicitur, qui aedificatus est circum Flaminium campum, & quod ibi quoque Ludis Tauricis equi circum metas currunt. Quibus sententijs idem Liuius lib. x. repugnare uidetur, quum dicit: C. Flaminius Consul (is cum P. Furio Philo fuit anno Urbis conditae DXXXI.) uiam Flaminiam ab Vrbe usq; Ariminum munijuit, & Circum Flaminium extruxit. Item Sext. Pompeius lib. VI. Flaminius Circus, uia Flaminia à Flaminio Consule dicta sunt, qui ab Annibale interfectus est ad lacum Trasimenum. Has praestantissimorum auctorum contradictiones ita tolli posse opinor, si dixerimus cum Liuius, & Plutarcho, prata illa Flaminia ab illo antiquo Flaminio uocata fuisse, in ijsque rusticis, uel Circum ligneum, uel Circi formam extructa esse, qui & Apollinaris à proxima Apollinis

Circus  
Apollinaris.








SEX. CIRCORVM. NOMISMATA. AENEIS. FORMEIS. A.

Venetis Anno salutis  
 MDLXXX.






CVRATE · DELINEATA · ONVPHRI · PANVINI · VERONENSIS · OPERA



GREG · XIII · P · A · P · A  
Cum privilegij principum



Date	Description	Amount
1860	Jan 1	100.00
1860	Feb 1	200.00
1860	Mar 1	300.00
1860	Apr 1	400.00
1860	May 1	500.00
1860	Jun 1	600.00
1860	Jul 1	700.00
1860	Aug 1	800.00
1860	Sep 1	900.00
1860	Oct 1	1000.00
1860	Nov 1	1100.00
1860	Dec 1	1200.00
1860	Total	12000.00



A Apollinis Aede appellatus etiam fuit; Ceterum postea C. Flaminium Circum ipsum tanquam gentis suae monumentum de hostium manubijs magnificentius, lausiusq; renouasse, vel ruinae proximum restituisse, à quo postea ex Apollinari Flaminius denominatus fuit. Atq; hac ratione omnium inter se diuersas sententias conciliabimus.

De Aede uero Apollinis illi uicina, à qua aliquando etiam Apollinaris Circus nunc cupatus est, Pedianus sic in orationem contra C. Antonium, & L. Catilinam mentionem facit: Ne tamen erretis, quod his temporibus Aedes Apollinis in palatio fuit nobilissima, admonedi estis, non hanc à Cicerone significari, ut puto, quam post mortem etiam Ciceronis multis annis, Imp. Caesar Augustus post Actiacam victoriam fecerat, sed illam demonstrari, quae est extra portam Carmentalem inter forum olitorium, & Circum Flaminium, ea enim sola, tum demum Romae Apollinis aedes erat. Sed, & P. Victor, & Sext. Rufus hanc Aedem ita profitentur: Aedes antiqua Apollinis cum lauacro, & Colosso.

*Aedes  
Apollinis*

Porta Carmentalis, secundo murorum Urbis ambitu, quos T. Tatius cum Romulo regnans extruxit, in radicibus Capitolij condita fuit. à qua haud procul Circus Flaminius erat, ad eam partem uergens, ubi nunc est Urbis Roma. Cuius longitudo protendebatur ab aera domus Margariae, ubi in hemicycli formam definebat, usque ad nouam uiam Capitolinam, ubi Carceres & XIII. ostia erant: latitudo uero fuit ab aedibus Ludouici Matthaei usq; ad Calcariae fontem ubi est officina tinctoris ambiens eo circuitu a pothecas obscuras Matthaeiorum, & multas diuersorum priuatas domus. Cuius fundamentis è Tiburtino lapide, quae Matthaeiorum, & uicinis aedibus supposita sunt, ante aliquot annos erutis, marmorea tabula pueros curulia ludicra agitantes incisos continens reperta fuit. Adhuc uero extat antiquus Circi Euripus limpidissimus tinctoris officinam praeterfluens, qui fons Calcariae à uicinis (quae ibidem coquebantur calcis fornacibus) dicitur. Eius Circi arena lateribus minutissimis transfuerse stratis opus tessellatum superpositum habebat.

*Porta  
Carmentalis.*

*Circi Flaminij locus et uia gnitudo.*

Ludos & pompam in Circo Flaminio fieri solitam. Ita lib. I. cap. VII. de Somnijs nar-  
C ludat Valerius Maximus: Quum plebeijs Ludis quidam pater familias per Circum Flaminium priusquam pompa induceretur seruum suum uerberibus multatum sub furca ad supplicium egisset. Et lib. III. cap. III. de Paupertate: In Circo Flaminio spe et aculi locus, quae quidem loca ob uirtutem publice donabantur, gens Aelia possidebat, eum in Circo Flaminio ad sex millia ciuium occidisse. Lilius lib. XXXIX. M. Fuluius Cons. ante triumphum de Aetolis, & Cephalenia eo die priusquam in Urbem inueheretur in Circo Flaminio Tribunos, praefectos, equites, ceteros Romanos, sociosq; donis militaribus donauit, militibus ex praeda uice nos quinos denarios diuisit, duplex Centurioni, triplex equiti. De quo Circo M. Tullius in Oratione pro Sestio ita scribens, mentionem facit: Idem Consules, si appellandi sunt Consules, quos nemo est qui non modo ex memoria, sed etiam ex Fastis euellendos non putet, pacto iam foedere prouinciarum, producti in Circo Flaminio ad concionem, ab illa Furia, ac peste patriae, maximo cum gemitu nostro, illa omnia, quae tum contra me, contraque Rem publicam dixerat, uoce, ac sententia sua comprobauerunt. Et Epist. lib. I.

*Circi Flaminij arena.*

ad Atticum. Prima concio Pompeij qualis fuisset, scripsi ad te antea. Tum Pisonis Consulis impulsu, leuissimus Tribunus plebis L. Fufius in concionem produxit Pompeium. Res agebatur in Circo Flaminio, & erat eo ipso loco ipso die nundinarum *πανάγορις*. Idem in Oratione post reditum in Senatu: Quum uero in Circo Flaminio non à Tribuno plebis Consul in concionem, sed à latrone productus esset, primum processit. Et pro Sestio: Consules producti in Circo Flaminio, in concionem ab illa furia, omnia quae contra me dicta erant comprobauerunt. Lilius lib. XXXVII. ab Urbe condita. Fortè sub idem tempus, & Marcellus ad deprecandam ignominiam, & Q. Fuluius Consul, Comitiorum causa Romam uenit. Actum de Imperio Marcelli in Circo Flaminio est iugenti concursu plebis, & omnium ordinum, &c. Plut. in Lu-

*Panegyris.*

cullo : Lucullus triumpho suo Circum Flaminium trophis exornauit . Dio lib. LV. E  
 xxxvi. Augustus spectacula quum exhiberet, aquam in Circum Flaminium induxit, in qua  
 Crocodili xxxvi. crocodilli sunt occisi. Drusum mortuum Tiberius frater in foro, Vitricus  
 in Circi Augustus in Circo Flaminio laudarunt. Dio lib. LV. De Circo Flaminio, & aliquot  
 Euripo occisi. rebus memoratu dignis, quæ ei uicinæ erant, etiam meminit : vt pariter de eodem  
 loquitur libro Fastorum VI, Ouidius.

Columna  
 bellica.

*Prospicit à tergo summum breuis area Circum,*

*At tibi non parua parua columna notae,*

*Hic solet hasta manu belli praenuncia mitti*

*In Regem, & gentes, cum placet arma capi,*

*Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est,*

*Quod Deus Euboico carmine munus habet.*

Aedes  
 Herculis.

De eadem columna Sext. Pompeius: Bellona Dea bellorum dicta, ante cuius tem-  
 plum erat columella quæ bellica uocabantur, supra quam hastam iaciebant cū bel-  
 lū indicebatur. Quū Imperator Cæsar Augustus Vrbe renouata, & Imperio Populi  
 Romani sibi confirmato Romam, in quattuordecim Regiones (ut Tranquillus cap.  
 Regio xix. bis ix. Flamini' xxx. tradit) distribueret, nam regionem, quæ plana Urbis loca Tiberim uersus com-  
 prehendebat, & circuitu pedes xxx ∞ DLX. continebat, à Circo Flaminio denomi-  
 nauit, ut scribunt P. Victor, & Sext. Rufus. Ex quibus eidem Circo multas Diuorum  
 sacras Aedes uicinas fuisse, etiam obseruauit, quarū præcipuae ab ijs ita memorantur.

Aedes  
 Herculis.

Aedes Martis in Circo Flaminio. Kalendarium uetus.

Aedes  
 Martis.

Aedes Vulcani in Circo Flaminio. Kalendarium uetus.

Aedes  
 Vulcani.

Aedes  
 Bellonæ.

Aedes Bellonæ uersus Portam Carmentalem in Circo Flaminio, de qua Kalend.  
 uetus, intra quam dabatur Senatus legatis exterarum nationum quos in Urbem ad-  
 mittere nolebant; ante quam erat columna index belli inferendi, ut etiam ex Oui-  
 dio supra uidimus.

Iouis Sta-  
 toris delu-  
 brum.

De Delubro Iouis Statoris in Circo Flaminio M. Varro lib. VIII. rerum diuinarum,  
 apud Macrobiū lib. III. Saturnalium: Delubrum ait alios extimare; in quo præter  
 aedem sit area assumpta Deum causa, ut est in Circo Flaminio Iouis Statoris. &c.

Aedes  
 Pietatis.

Aedes Pietatis in Circo Flaminio, meminit Iulius Obsequens in prodigijs.

Aedes  
 Castoris.

Aedes Castoris in Circo Flaminio, De qua Vitruuius lib. III. cap. VII. sic scribit.  
 Item generibus alijs constituentur aedes ex iisdem symetrijs ordinatae, & alio genere  
 dispositiones habentes, ut est Castoris in Circo Flaminio, & inter duos Lucos Vei Iouis.

Aedes  
 Neptuni

De Aede Neptuni in Circo Flaminio ita meminit uetus hæc inscriptio, quæ in  
 pratis Quinctijs in uinea quadam adhuc Romæ extat.

D . M

ABS CANTO . AV G . LIB .  
 AEDITVO . AEDIS NEPTVNI  
 QVAE . EST . IN . CIRCO FLAMINIO  
 FLAVIVS ABASCANTVS  
 ET PALLAS . CAES . N . SER  
 ADIVTOR . A RATIONIB .  
 PATRI . PISSIMO . FEC

Ara Ne-  
 ptuni.  
 Aedes Iu-  
 nonis, &  
 Dianæ.

Et Liuius lib. XXVIII. Ara Neptuni multo manasse sudore in Circo Flaminio di-  
 cebatur. Idem lib. XL. Alter ex Censoribus M. Lepidus aedes Reginae Iunonis, &  
 Dianæ, quas bello Ligustino uouerat, dedicauit in Circo Flaminio, Ludosque sceni-  
 cos triduum post dedicationem templi Iunonis, biduum post Dianæ, & singulos  
 dies fecit in Circo.



A Plinius lib. XXXIII. cap. III. Inuenio à Cn. Octauio qui de Perseo Rege naualem triumphum egit factam porticum duplicem ad Circum Flaminium, quæ Corinthia sit appellata à capitulis aereis columnarum. Et lib. XXVI. cap. V. In maxima dignatione Cn. Domitij delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse & Thetis, atque Achilles, Nereides supra delphinos, & cæte, & Hippocampos sedentes. Et paulò post. Nunc uerò præter supradicta quæ nescimus Mars est, etiam num sedens Colosseus eiusdem in templo Bruti Callaici apud Circum eundem ad Labicanam portà eunti.

Tortio  
duplex  
Cn. Octa  
uij.  
Delubri  
Cn. Domi  
tij.

Templi  
Bruti Col  
laici.

Præterea Venus in eodem loco nuda, Praxitelicam illam Cnidiam antecedens. Iuxta Circum Flaminium pocula, & uasa ad bibendum fieri solita, Martialis docet hoc carmine lib. XII. ad Flaccum.

*Quum tibi Niliacus portet chrystalla catastus  
Accipe de Circo, pocula Flaminio.*

De Circo Flaminio Scæca lib. V. de beneficijs, C. Cæsar castra in Circo Flaminio posuit, propius quàm Porfennæ fuerant.

Hunc Circum bello Gothico Italico, sub Imp. Iustiniano, à Belisario, & Narsete gesto, quo Circenses Ludi fieri desierunt, defectum fuisse hæud leuis est cõiectura.

### DE CIRCO AGONALI. Cap. XIX.



ERTIVS Circus est ille, qui nunc media Vrbe existens Agonalis dicitur, mercatu nobilis. Is à P. Victore appellatur Alexandri, quod ab eo uel cõditus, uel potius renouatus fuerit: nam in eius fundamentis ab eo latere, ubi Mellinorum aedes sunt, olim fragmenta quædam lapidea eruta fuere, in quibus Vespasiani aedilis nomen, cum notis quibusdam incisum erat, quæ ipsum nonnihil in hoc loco restituisse significare uidebantur. Eius areæ pars occupatur domibus Cardinalis Neapolitani, Turrensium, Maximorum,

C Macciatostensium, areæ & aede Diui Pantaleonis, ubi eiusdem carceres erant. porticum quibus in gyrum finiebatur uestigia supersunt prope uiam, qua ex agone iter est in aream proximi Fani S. Apollinaris. à quo quidem eum Flaminium, qui, & Apollinaris dictus fuit, fuisse falso suspicati sunt. super cuius gradibus uel gradus sustinentibus porticibus cunctæ domus, quæ ex utroque latere areæ Agonalis existunt sunt aedificatae. In aede D. Agnetis in Agone maximæ structuræ fornices, & porticum arcus adhuc nonnulli supersunt, quibus structuræ magnificentia facile cognosci potest. Operæ precium est quid M. Varro, & Sext. Pompeius ex Verrio Flacco de Agone scripserunt adijcere: Ille. n. lib. V. de lingua Latina sic scribit: Agonales dies per quos Rex in regia arietem imolat, dicti ab Agone, eo quod interrogetur à principe Ciuitatis, & princeps gregis imolatur. Festus uerò Agonium dies appellabatur, quo Rex hostiam imolabat. Hostiam. n. antiqui agoniam ab agendo uocabant. Agonium etiam putabant Deum dici præsentem rebus agendis, Agonalia eius festiuitatem.

D Agonium idest Ludum, ob hoc dictum, quia locus in quo Ludi initio facti sunt, fuerit sine angulo. Cuius festa agonalia dicebantur.

### DE CIRCO SALVSTII. Cap. XX.



VARTVS in Vrbe Circus extat, cuius adhuc iuxta portam Collinam, aliàs Salariam intra Urbis moenia propè hortos Salustianos, immò in hortis ipsis uestigia supersunt, ubi adhuc magnus Obeliscus notis Hieroglyphicis ornatus, & in terra confractus iacet. De quo ita scribit rerum gestarum lib. XVI. Ammianus Marcellinus: Secutac aetates alios

Obeliscos transtulerunt, quorum unus in Vaticano, alter in hortis Salustij, duo in Augusti



Augusti monumento erecti sunt. Quem Circum antiquum fuisse, & à Salustio reuocatum opinor, de quo loqui Liuium lib. xxxvi. existimo, quum ait: Aquarum in solita magnitudo in religionem uersa: nam ita inundauit Tiberis, ut Ludi Apollinares Circo inundato, extra portam Collinam, ad aedem Veneris Erycinae portati sunt: Ceterum Ludorum ipso die, serenitate subita orta, pompa duci coopta ad portam Collinam, reuocata, deductaque in Circum est, quum decessisse inde aquam nuntiatum esset, letitiamque populo, & Ludis celebritatem addidit sede suo solenni spectaculo reddita. Is porro locus qui à Liuiio extra portam Collinam tunc fuisse dicitur, murorum Urbis ambitu aucto, nunc intra moenia receptus est; & profecto harenam aliquam seu publicum aliquod Ludis edendis aedificium ibidem aliquando fuisse intelligitur, etiam ex D. Hieronymi Martyrologio, qui Romæ sub Imp. Claudio passus fuisse cclxxii. Martyres in amphitheatro extra muros portae Salariae à militibusque confectos scribit.

Videmus hodie Obeliscum unum prope portam Pincianam, in hortorum Salustij parte, ubi est Guidonis Palleli vinetum.

Alterum in Campo Martio in cella uinaria ex aduerso domus Christophori Nardini, quem pro gnomone fuisse scribit Plinius lib. xxxvi. cap. x. cù hac inscriptione.

CAESAR. DIVI. IULI. F. AVGVSTVS  
PONTIFEX. MAXIMVS. IMP. XII  
COS. XI. TRIBVNIC. POT. XIV  
AEGYPTO IN. POTESTATEM  
POPVLI. ROMANI. REDACTA  
SOLI. DONVM. DEDIT

DE CIRCO FLORALI. Cap. XXI.



VINTVS Circus erat in Quirinali Floralis dictus, cuius adhuc inter uineas Carafiorum, & Bocatianam nonnulla fragmenta uisuntur, in quo Ludi Florales in honorem. Deae Florae de quibus infra dicam, edebantur. De eo P. Victor mentionem facit. Extat eiusmodi antiquus argenteus nummus cum Florae capite ita inscriptus

C. SERVEIL. C. F. FLORA PRIMVS

DE CIRCO VATICANO. Cap. XXII.



EXTVS in Vaticano Circus erat, cuius adhuc integer suo loco extat Obeliscus à larere Basilicae Sancti Petri vulgo Gulia uocatus, cum eiusmodi inscriptione.

DIVO. CAESARI. DIVI. IULI. F. AVGVSTO  
TI. CAESARI. DIVI. AVGVSTI. F. AVGVSTO  
SACRVM.


De quo Plinius libro xxxv. cap. xi. Tertius Obeliscus (inquit) est in Vaticano, Caij, & Neronis principum Circo, ex omnibus unus omnino fractus in molitione eius, quem fecerat Sesostridis filius Nuncoreus. Eiusdem remanet & alius centum cubitorum, quem post caecitatem uisu reddito ex Oraculo Soli sacrauit. Tranquillus in Claudio, cap. xxi. Circenses etiam frequenter in Vaticano commisit nonnunquam interiecta per quinos missus uenatione. Lapidius in Elagabalo: Ipsum elephantorum quattuor quadrigas in Vaticano agitasse scribit dirutis sepulchris quae obfitebant.

Tacitus


**A** Tacitus Historiae Augustae lib. xv. Hortos suos (in Vaticano sitos) ei spectaculo (Christianis necandis) Nero obtulcrat, & Circense ludicrum edebat, habitu aurigae permixtus plebi, uel circulo insitens. Plin. libro xvi. cap. xl. Abies admirationis praecipuae uisa est in nauis quae ex Aegypto Caij principis iussu Obeliscum in Vaticano Circo statutum, quattuorq; truntes lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit. Quae naue nihil admirabilis uisum in mari certum est cxxm. modia lentis pro saburra ei fuere.

Hunc Circum Imperator Constantinus demolitus est, quando in eo maximam D. Petri honori Basilicam à fundamentis extulit.

## DE CIRCO NERONIS, Cap. XXIII.

**E**  PTIMVS Circus etiam Transiberim haud longe à Vaticano erat, scilicet extram portam arci S. Angeli proximam, Hadriani moli in hortis Domitiae, Neronis Imperatoris amatae uicinus. Cuius adhuc multa in uicinis Castello proximis & praesertim Vettiorum uestigia, & parietinae uisuntur. Hunc Circum à Nerone conditum fuisse, certissimo argumento sunt nuper effossae in eius Circi carceribus bipedales tegulae figulinae multae, quibus magistrorum figularum nomina, & aliquot Consulium collegi inscripta erant, qui Neronis, & Hadriani principatibus fuerunt; qua ratione facile conijcere possumus, cum à Nerone (cuius horti illi erant ex Domitiae amatae hereditate) inchoatum, ab Hadriano uerò quum Mausoleum suum uicinum ad Tiberis ripam conderet, aut perfectum, aut restitutum.

## DE CIRCO S. SEBASTIANI VIA APPIA. Cap. XXIII.

**C**  TAVVS Circus is est, qui uia Appia tertio ab Vrbe lapide prope sanum D. Sebastiano dicatum euntibus, parte laeuâ adhuc paenè integer, & omnium à temporum iniuria magis praeseruatus occurrit, qui uulgò ab Antonino Caracallo extructus existimatur, quod eius principis nummo Circi figura cusa sit, sed falso. Nummi .n. illius Circus simillimus est Maximo qui in Traiani nomismate cernitur. Huius uerò tota lateritia structura admodum similis est aedificijs ijs quae circa, uel post Constantini tempora extructa fuisse, certo scimus. Huius carceres Appiam uersus, hemicyclum, & finis Latinam uias siti sunt, longitudine pedum MMCCXCII. passuum uerò CCCCLVIII. latitudine pedum CCCLXX. passuum aut circiter LXXIII. In eo adhuc superfunt fornices lateritij qui gradus sustinebant, ostium ad finem hemicycli, moeniana in gradibus ex aduerso metarum locata, Spina, binae metae, cum ternis per singulas ouis, Obeliscus Hieroglyphicis literis in cisis, in terra fractus, & alia multa uisu dignissima. Ostium maius inter duodecim minora, duaeque in angulis turres, & ex minoribus ostijs quibus carceres includebantur aliquot intra hoc decennium, ui tempestatum caeciderunt. Huius topographiam cum aedificijs omnibus quanta potui diligentia delineatum subijcere, ne curioso Lectori quid deesset, placuit. Spinae, & metarum dispositio, ex quattuor tres Circi harenae partes occupans, atque inter carcerum ostia, & primam metam relicta uacua magna area, proculdubio significant locum illum uenationibus, uel pugnis equestribus, & pedestribus fuisse destinatum: nam Circo contigua sunt uiuarium bestiarum, amplissimis parietibus clausum; & militare praesidium siue castrum mediam aedem sacram, & porticus magnus Circum complectens, quae militum stationem fuisse ostendunt. Quorum usus, & delationi proculdubio Circus ille extructus fuit. Hæc ut facilius intelligantur, & morem meum



meum sequar in satisfaciendo avidis antiquitatum studiosis Romanarum rerum, duabus tabellis huius Circi topographiam, delineationem, & post ruinam quomodo nunc cernitur adiunxi.

¶ Figura Aeneæ. P. & Q.

DE CIRCO CASTRENSI INTER VIAS CAMPANAM,  
& Labicanam. Cap. XXV.



**N**OVVS Circus eorum quorum hodie uestigia in Vrbe, uel in suburbijis supersunt, fuit extra portas Labicanam & Praenestinam simul iunctas, quæ uno nomine hodie maior dicitur, haud longè ab amphitheatro Castrensi, & Templo Sanctæ Crucis in Hierusalem prope formas aquarum Claudiae & Marciae: Cuius nomen, & auctor in incerto est. Eius parietinas in uineis proximis uidimus, in his graduum siue subfelliolorum porticibus sustentatorum ordinum loca, quibus spectatores considebant, in cuius medio in terram dissectus, & concisus iacet Obeliscus notis etiam ipse Aegypti acis inscriptus. Hunc quidam ab Aureliano conditum autumant, hac ducti coniectura, quod in eius principis nummo percussus Circus uideatur, quæ tamen leuis est. Ego militari usui quemadmodum, & proximum amphitheatrum castrense excitatum fuisse libenter crediderim.

DE ALIIS CIRCIS EXTRA VRBEM. Cap. XXVI.



**M**ULTI praeterea circum Urbem in proximis pagis, & vicinis oppidis erant Circi minores, quorum vnus reliquiae uia Gabina supersunt quingentorum pedum longitudine.

Alterius uia Praenestina prope templum antiquum circulare; Sed & secundo ab Vrbe lapide, inter Appiam, & Ardeatinam uias, alterius fragmenta extant. Qui rusticorum usui, aut Ludorum funebrium caussa extructi fuerunt, quum praesertim in his locis magnus sit sepulchrorum numerus.

DE HIPPODROMO SIVE CIRCO CONSTANTINOPOLITANO.  
Cap. XXVII.



**C**ONSTANTINOPOLI noua Roma ab Imp. Constantino Magno condita, veteris Romæ exemplo Circus (quæ Græci Hippodromum uocant) in eadem extructus est. Cuius uestigia usq; ad nostra saecula perdurarunt. De Circensibus Constantinopoli editis Marcellinus lib. XIII. Ingressus (inquit) Gallus Constantinopolim, tanquam in rebus prosperis & securis editis equestribus Ludis capiti Coracis aurigae imposuit coronam, ut uictoris. Et lib. XXII. Dein Mamertino Consule, Ludos edente Circenses, manumittendis ex more inductis, &c. Ceterum, quum hanc Hippodromi Constantinopolitani tabellam apposuerim, operæ precium uidetur hic subijcere, quæ Petrus Gyllius Gallus, uir doctissimus qui diu Bizantij versatus est, lib. II. de Topographia Constantinopolis, de eiusdè Hippodromo, Obelisco, columnis, & statuis accuratissime nostro saeculo scripsit, Ait autem Seuerum reconciliatum Byzantijs recentes Historici, ut Zonaras & alij plerique tradunt, Hippodromum aedificasse. Zosimus antiquus Historicus scribit, Constantinum Magnum Hippodromum elaborasse, omniq; cultu pulcherrimo adornasse, partemq; eius fecisse templum Castoris,





CIRCVS CASTRENSIS LATERITIVS C

Tertio ab Urbe lapide Via Appia

ONVPHRII PANVINII VERONENSIS P.E. opera et formis diligenter



Oppidum

Moenianum

Occidentem versus Via Appiam

Carceres dissecti

Venerationum locus

Meta


Columnae antiquae

Oppidum

Merito



ARACALLI VVLGO APPELLATVS








1171  
1172  
1173

1171  
1172  
1173

1174


1175

1176



CIRCI CASTRENSIS · CARACALLI VVLGO APPEL-  
 VIA APPIA SITI  
 Ex his quae supersunt uestigijs accurata delineatio. Onuphrij panuinijs Veron.





CHNOGRAPHIA

titudo vero

PLATI AD TERTIVM AB VRBE LAPI DEM.

nsis auctoris aenosis formis Anno Sal. MDLXXX. Gr. XII. pont. Max. Venetis. Cum privilegio





A storis, & Pollucis, quorum simulachra usque in suam aetatem, hoc est, Theodosij minoris, in Hippodromi porticibus extantes uideri liceret. In medio Circo, quem Græci Hippodromum appellant, Obeliscus ex Thebaico lapide factus extat, cuius cum non meminerit antiqua regionum descriptio, & meminerit Obelisci Thebaici quadrati, quem ponit in quinta regione, arbitraretur hunc terraemotu euersum translatum fuisse in Hippodromum à Theodosio post aeditam descriptionem regionum: Nisi hæc Theodosiacorum multorum meminisset operum, nisi præteriret non nulla in commemoratione regionum, quorum postea meminit in generali descriptione Urbis. Habere igitur plures Obeliscos Constantinopolis potuit, ex quibus non superest ille Thebaicus, quem in quinta regione ponit antiqua regionum descriptio, duos adhuc extantes uidi cum primum uenissem Byzantium, unum in Circo Maximo, alterum intra Claustrum Regium, in latere primi collis uergente ad Septemtriones, quadratum ex lapide Thebaico factum, erectum iuxta domum uicuariarum officinarum Regiarum, sed paulò post euersum. Et extra Claustrum, clatum uidi iacentem longum triginta quinque pedes, cuius singula latera, si bene memini, senos pedes, lata perimetrum illius efficiebant uiginti quatuor pedum. Hunc Antonius Priolus nobilis Venetus emit, Venetias exportaturus, & in foro Diui Stephani locaturus. Alter uero in medio Hippodromo pro meta in hunc diem extat supra quatuor tesseras aeneas latas quoquo uersus sesquipedem altas tantundem sustentatas basi & stylobate. A solo duos gradus habet stylobates, quorum inferior à terra altus est pedem unum, cuius latitudo pedalis, superior gradus altus duos pedes, proiectus extra stylobatem quatuor pedes, & totidem digitos, gradus subiecti non sunt stylobatae, sed adiecti, & astructi uelut suggestus, ut apparet ex commissura, supra quos latus quoquo uersus duodecim pedes stylobates eminet in altitudinem quatuor pedum & octo digitorum, & extra basim proijcitur sesquipedem. Præter hos quatuor pedes & sex digitos stylobates pedalem altitudinem excedit, non extra basim eminentem, nam ex summo stylobate eminet striatura alta pedem & tredecim digitos quadrilatera, nempe ex perpetuo uno eodemque lapide constans, quo stylobates. Nam stylobates emittit suam supremam partem, non solum sesquipedem striatorem, quam infimam, sed etiam angulis mutilatam, locoque quatuor angularum diminutorum existunt quatuor lapides quadrati marmoris Thebaici rubentis, singuli alti sesquipedem, nempe quantum striatura stylobate, his quatuor angularibus lapidibus interclusa, qui cum intermedia parte suprema stylobate sustinent basim altam pedes septem, & tredecim digitos, proiectam extra inum scapum Obelisci, sesquipedem quoquo uersus patentem nouem pedes, totidemque digitos, quæ tota insculpta est ut stylobates, qui statuis eminentibus omnia latera incisa habet, ex Septemtrionali quidem latere expressæ sunt statuae, duobus ordinibus scalptæ, quorum inferior continet duodeuiginti statuas, & duas ergatas, earum singulas quaterni homines uersant uectibus, quibus funes ductarij circû ergatas uoluuntur, Obeliscum iacentem trahentes. Tum in eodem ordine scalptus est Obeliscus rectus, ut nunc est, tum statuae tres, quarum Constantinopolitani prædicant unam esse magistri, alteram discipuli, quam magister, nisi interposita tertia persona retentus fuisset, castigare conatur, quod se absente Obeliscum erexisset; In superiori ordine binæ ergatae connituntur cum ergatis inferioribus Obeliscum iacentem trahere, uersatæ singulae à quaternis hominibus circumuoluentibus ualidos funes bene eminentibus toris expressos. Quod si stylobate amplitudo capere rationem potuisset, qua erectus, est non dubito, quia talem sculpsisset, qualem describit Marcellinus. Sola inquit, restabat Obelisci erectio, quæ uix, aut ne uix quidem sperabatur posse compleri, id est, usque ad periculum altis trabibus, ut machinarum cerneret nemo, innectuntur vasti funes, & longi ad speciem multiplicium liciorum coelum densitate nimia subtegentes, quibus



colligatus Obeliscus, paulatimque per arduum inane portentus, diuque pensilis milli- E  
 bus multis tanquam molendinarias metas rotantibus cauea locatus in media; Hunc  
 Obeliscum posse etiam Byzantios machinatores in alium locum transferre incolumem,  
 aduerti ex columna sita in dorso quinti collis Constantinopolitani, quæ parum  
 cedebat Obelisco. Hanc à suis sedibus deijci in terram uidi, in hunc ferè modum;  
 circum columnam aliquo tamen interposito spatio trabes ingentes crebras in  
 quadrum dispositas in solo defixas columna ipsa excelsiores erexerunt paribus inter-  
 uallis inter se distantes, supra trabes imposuerunt transuersa tigna, omnia inter se fir-  
 missimè reuincta, ex quibus Trochleas creberrimas appenderunt, per quas traiece-  
 runt ualidos funes ab imò columnæ scapo ad summum surgentes ad columnam  
 strictissimè alligatos densis funibus, ut se contingerent, & transuersis rectos uelut tra-  
 mis stamina secantibus, formam textilis operis representantibus, extra quadraturam  
 trabium similitudinem turris quadratæ gerentium. Ergatæ utrinque multæ in ter-  
 ram defixæ erant, uersatæ à multitudinæ robustissimorum iuuenum, funes illos uali- F  
 dos, quibus columna cingebatur trahentes tam diu, quoad columnam à sedibus sub-  
 traxerunt, deinde sensum detrahentes in terram deiecerunt, & curibus impostam fir-  
 missimis, quos rotæ crassissimis ferris cinctæ sustinebant traduxerunt incolumem in  
 collem tertium ad Soleimani Regis aedem orandam.

Iam uerò in latere stylobatæ Occidentali Obelisci, incisum est hoc Epigramma.

*Κίονα τετραπλευρον ἀέχθονι κείμενον ἀγχοῦ  
 Μοῦνας ἀναθήσας θεοδόσιος βασιλεὺς  
 Τελμίσσας πρόβλος ἐπέκλειστο, καὶ τόσους ἔζη  
 Κίον ἄλλοις ἐν τριανδύτα σιλο.*

In latere Orientali inscriptum hoc est Epigramma incisione literarum Latinarum, sed paululum exesæ, sed ut legere potui, sic habet

DIFFICILIS . QVONDAM . DOMINIS . PARERE . SERENIS G  
 IVSSVS . ET . EXTINCTIS . PALMAM . PORTARE . TYRANNIS  
 OMNIA . THEODOSIO . CEDVNT . SVBOLIQVE . PERENNI  
 TERDENIS . SIC . VICTVS . DVOBVSQVE . DIEBVS  
 SVB . IVDICE . PROCLO . SVBLIMES . ELATVS . AD . AVRAS .

In Meridiano latere duplex ordo statuarum exprimitur, inferior quattuor curus  
 partim bijuges, partim quadriuges habet, quorum unumquemq; unus regit auiga.  
 Superior ordo continet duos equites, tres pedites, togatos tres, Obeliscos duos, quat-  
 tuor columnas in quadrum dispositas epistylia sustinentes; Iam uerò ex Boreali ba-  
 sis latere scalpiti sunt quattuor ordines, continentes triginta quinque statuas togatas.  
 Ex latere Occidentali eminent duo ordines, quorum inferior habet nouem statuas  
 supplices offerentes munera Regi, qui stat in superiori ordine cum statuis decem &  
 sex. Latus Meridianum duobus ordinibus distinguitur, inferiore decem statuas to-  
 gatas exprimente, superiore uiginti togatas omnes, exceptis quattuor clipeatis. La- H  
 tus Orientale habet in parte inferiori tres ordines, infimus continet decem & sex per-  
 sonas, alias uiriles, alias muliebres saltantes, alias organa pulsantes, supra quas emi-  
 nent duo ordines capite tenus, puto spectatores. Superior ordo reddit uiginti sta-  
 tuas, harum sex ab alijs distinguuntur columnis, media coronam tener manu; supra  
 basim extant quattuor tesserae aeneae, quibus in quadrum dispositis, totus Obeli-  
 scus sustinetur, cuius quidem quadrati singula latera ima lata sunt circiter sex pedes  
 ab imo ad summum scalptra notis Aegyptiacis.

In medio Hippodromo etiamnum extat structilis Colossus ex lapidibus quadra-  
 tis factus, olim ut quidam imperitus in lucem prodidit, marmoreis crustis, ut uerò Epi-  
 gramma in eius basi incisum testatur, aereis tabulis uestitus ferro colligatis, ut appa-  
 ret ex

**A**ter ex foraminibus non modo in seapo, sed etiam in basi remanentibus, in quæ quidem foramina regulæ ferreæ infrae erant plumbo confirmatae, nunc spoliatis restat structuram interiorẽ lapideam prodens barbatorum auaritiã expertus, qualem prius periclitatus est Rhodius, quem regnante Constante nepote Heraclij, Agareni distraxerunt post mille & trecentos annos ex eo tempore, quo eiectus fuerat; Quem Iudæus quidam Emefenus emit, & eius aes distractum noningentis camelis exportauit, in illius Constantinopolitani basi incisũ sunt uersus subsequentes.

Τετράπλευρον θαυμάτων μεταρτίον  
 Χρῖνο θαρῆν, ἦν κατὰ τῆν  
 Λεπτότης οὐ ῥεμανός παῖς, δόξα τῶν σκηπτουχῶν  
 Κραίτην νεουρήτης πάλαι θεοφίας  
 Ὁ γὰρ κολοσσος θαμβος ἦν ἐν τῷ  
 Ρ. δω, καὶ χαλκῆς ὄστως  
 Θάμβος ἰὼν ἐνθαδῆς.

**B** Tres gradus imae huius basi adiuncti sunt, primus à tetra altus est duos pedes, secundus pedem & duos digitos, tertius tantundem. Basis est marmor quadratum altum septem pedes & tres digitos, cuius latera singula lata decem pedes & dodrantem, hic Colossus excelsior est Obelisco, in cuius cacumen cum festo quodam die qui celebrabatur ob circuncisionem Principis Boldaniae ascendere uidi circulatorẽ quendam benè peritum, & descendere incolumem quem subsecutus alter imperitior ascendit quidem similiter in cacumen, sed excelsitas ita praeftrinxit eius oculos, ut desperans descensum, se quantum contendere potuit, longe à colosso proiecerit, ne decideret in colossi crepidines, itaque rectus cadens pedibus altè defixis in terram statim mortuus spectatus est.

In ordine Obeliscorum directo in mediam longitudinem Hippodromi septem columnae extant, quarum una ex marmore Arabico facta, perimetrum habet decem  
**C** & septem pedum & octo digitorum, in qua Abramus Basa Hercules ex aere factum de Vngaricis Manubijs statuerat, sed illo extincto, Hercules, qui non modo uiuus in domandis monstribus orbem peragrauerat, sed etiam mortuus huc illuc gestatus fuerat, tot clades euaserat tandem euersus, & distractus est à Turcis acerrimis hostibus statuarum, & totius artis Vitruuianae Herculae praestantioribus, qui tertio decimo proposito certamine Herculem uicerunt, fortius quam qui primi uicerunt longis ante temporibus, ex eo, quod Herculem ligneum summa arte factum combussissent, ut Diagoras impius in publicum diuerforium profectus cum lignis egeret ad lentem coquendam, inuenisset qui Herculem ligneum pulcherrimè, & summa arte laboratum eum in frustra dissectum in ignem congescit, addens hæc uerba. O Hercule, qui duodecim certamina subijisti, age, & tertiumdecimum certamen subeas, & lentem  
**D** nunc coquas. Extat etiã in eodem ordine altera columna aenea, striata non quidem canaliculis, rugas matronalium stolarum referentibus, sed spiris trium serpentum, inter se circumplicatarum non sursum uersus directis, sed tortis in modum tororum. Quos ualde eminentes expriment magni funes, & definentibus in caput triceps trium serpentum quarum capita in triquetram formam disposita longè eminent supra columnae torosum scapum. Quamobrem fuerit hæc columna posita, Constantinopolitani multa fingunt, sed nugatoria omnia, ignotantes maiorum suorum historias. Inter quos Zosinius scribit Constantinum magnum in Hippodromo statuisse, Apollinis statuam. Sozomenus Salaminus adiungit, Constantinum non modo tripodem Delphicos in Hippodromo posuisse, sed etiam celebratissimum tripodem quẽ Pausanias Lacedaemonius, atque Vrbes Græcæ post bellum Medicum Apollini Delphico consecrarunt. Eusebius Clarius tradit Constantinum in quadam Constantinopolis parte Sminthium Apollinem statuisse, in Hippodromo autem constituisse



Pythium tripodem, circa quem serpens in spiras uolueretur; ex quibus uerisimile uideatur, tripodem illum statutum fuisse supra hanc columnam aeream tricipitem, ut erat apud Delphos ex Herodoto qui tradit ex decimis Manubiarum Perficarum tripodem aureum factum in Delphis collocatum fuisse supra serpentem tricipitem aereum, atque idem affert Persis ad Plateas uictis, tripodem aureum ibi repertum, redditum fuisse Dco Delphico, insistentem supra triplicem ex aere colubrum proximè aram. Similiter, errant qui putant hanc columnam nunc aeream olim inauratam spoliatam auro fuisse à Turcis, cum multis seculis ante Turcos aurum detractum fuerit, ut liquet ex Pausania. Commune, inquit, fuit Græcorum de Plantensi praelio donum aureus tripos sustentatus aeneo dracone, aesque Pausaniae aetate mansit ex eo donario integrum auri quod fuit, duces Phocensium amouerunt, deinceps quinque columnae insequuntur tenentes eundem ordinem quem tenent Obeliscus, Colossus, & aenea columna procedentem recta uia per mediam Hippodromi longitudinem. In fronte Hippodromi spectante ad Propontidem, decem & septem columnae marmoris albi, etiam tum extrabant, cum ueni Byzantium cum spiris, & capitulis, & epistylis distae in ordinem ambientem Hippodromi partem sitam inter Meridiem & Occasum, quarum stylobatae alti duos pedes, & decem digitos sustentati substructionibus fornicatis, acquatisque ex interiori plus minus altis quinquaginta pedes, positi singuli sunt supra murulum proiicientem duos gradus, uel plinthos quadratos, inferiorem quidem non ex uno lapide factum altum pedem, & digitum, superiorem uero altum pedem & digitos sex, proiectum extra stylobatem octo digitos, quorum singula latera lata pedes octo, & dodrantem, stylobate lati quinque pedes & septem digitos, quoquo uersus, eorum eminentiae imae positae pro toris reliquisque modulis sunt alti sex digitos & semidigitum superiores eminentiae positae pro coronidibus tantundem spinae plinthus crassus undecim digitos, torus inferior septem digitos & dimidium digitum, scotia quattuor digitos, torus superior sex digitos, calcaneum scapi altum quinque digitos, diameter scaporum est trium pedum, & quinque digitorum, eorum altitudo uiginti octo pedum, nunc scapi prostrati iacent cum capitulis & basibus nuper euerfi ad aedificandum Xenodochium Regis Soleimani. Dolui eorum casum, non tam ex eo, quod proiecti humi iacerent, quam quod eorum nonnulli secarentur in tabulas solum constraturas balnearum, quodque capitula ex antiqua artis ratione commutarentur in barbaricos modulos, aut in pilas excauerentur pistrinarias, epistyliaque & spirae exciderentur in murorum aedificationem, intercolumnia inter scapos lata erant undecim pedes diastyli compositione lubrica, ex qua aduertit propter interuallum magnum epistylia fracta esse, capitula omnes modulos habebant operis Corinthij, & trabeatio egregiè expressa praeter echinos, qui scalpti non erant, annuli ferrei ex epistylis pendebant, unde uela suspendebantur; supra harum ordinem columnarum extabat alter ordo columnarum etiam aliquanto post, quam Othomani ceperunt Urbem, antequam Galli, & Veneri cepissent Constantinopolim, extabant in Hippodromo cum alij permulti equi lapidei & aerei, tum quattuor inaurati miramente elaborati, quales hodie extant supra vestibulum aedis Marcianae Venericae, quos deportatos aiunt ex Constantinopoli. Praeterea non modo permultorum Regum Principum, statuas in Circo statutas, inter quas Iustiniani Regis statua celebratur peruulgatis uersibus, sed etiam Eunuchorum maximè ualere solitorum apud Imperatores Constantinopolitanos. Inter quos fuit statua Platonis eunuchi Cubicularij Regij, qui imperante Basilisco exustus est. In cuius quidem statuae pectore etiam inscriptum Suydas testatur fuisse qui hanc statuam in alium locum transtulerit, laqueo suffocatur, tamen ex templo Procopij, in quo prius erat, cum id reficeretur traducta est in Hippodromum. Iam uerò quid commemorem infinitas statuas pugilum, luctatorum, aurigarum, in Hippodromo sitas, quae etiam dudum perierunt, tamen recens eorum memoria







GNVPHRIL PANVINI · VERONENSIS  
FRATIS ERIMITAE AUGUSTINIANI OPERA ET  
FORNIS VENEZIÆ ANNO SALVTIS MDCCLXXX  
GRE. XIII. PONTIF. MAXIMO · CUM PRIMI  
LEGIS PRINCIPUM





CIRCI · SIVE · HIPPODROMI  
Constantinopolitani ab imp-cesare  
Flavio Constantino Augusto exacti  
suati reliquiae, quae conferimo ante  
anno, quom'ea urbs a Turcis occupata  
est, adhuc supererant.






**A** memoria non perit, retenta plusquam trecentis uerbis etiamnum extantibus, quibus nonnulli aurigae decantantur, sed permultorum memoria extincta est, ut Thomae aurigae praetantissimi, quae ne funditus pereat, me admonet lapidis fragmentum, quod uidi Byzantij cum hac inscriptione *Θωμας Αὐριγῶν* qui fortasse ille est de quo ad Fauitum Romae praepositum Theodoricus Rex scribit: Dudum Thomati aurigae ex Orientis partibus aduenienti annonas rationabiles consideratio nostra largita est, donec eius artem probaremus & animum. Sed quoniam in hoc agone primatum dicitur obtinere, eiusque uoluntas patria derelicta nostri sedes fouere delegit Imperij, menstrua eum duximus largitate solidandum, ne adhuc redderemus quam Italiae dominatam elegisse cognouimus, is enim frequenter uictor per diuerforum ora uoluit, plus uetus fauore, quam curribus, suscepit partem populi protinus inclinatam, & quos ipse fecerat tristes, laborauit iterum facere laetiores, modo agitadores arte superans, modo equorum uelocitatem transcendens. Frequentia palmarum eum dici

**B** faciebant maleficum, inter quos magnum praeconium uidetur esse ad talia crimina peruenire. Necessesse est. n. ad peruersitatem magicam referre, quorum meritis non potest applicari spectaculum expellens grauissimos mores, inuitans leuissimas contentiones, euacuatio honestatis, fons irriguus iurgiorum quod uetustas habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse lubricum. Ex quibus Theodorici uerbis assequi possumus, hunc Thomatem, qui forte Byzantium reliquerat ob factiones partium; periclitatum fuisse Romae ob partes diuersis coloribus in diuersa studia distractas; quae non modo Romam, sed etiam Constantinopolim grauissime affligerunt, quibus non modo ciues, sed etiam Imperatores magni in grauissimum discrimen Imperij inciderunt. Nunc uero Circus Constantinopolitanus friget omnibus ornamentis spoliatus, nuperque exaedificari coeptus est, quod me spectante dolore affecit, quem augebat Belisarij primu de Rege Vandaloru in Hippodromo triumphantis, deinde ob uirtute summam maxime periclitantis recordatio, quam mihi dabat numisma quod tu

**C** forte habebam in manibus, in cuius uno latere sculptus erat Iustinianus, Belisariu excipiens triumphantem, in altero Belisarij imago cum hoc elogio. Gloria Romanorum Belisarius. Procopius scribit in Hippodromo fuisse portam appellatam Cochliam ob descensum in orbem procedentem. Itemque aditu fuisse quendam qui appellaretur mortuus, idem etiam dicit in Hippodromo fuisse porticum appellatam Venetiam a Veneta parte ibi sedere solita; ex qua colligere licet, fuisse etiam porticum prasinam, aliasque porticus aliorum colorum, partesque non promiscue sed porticibus distinctas spectauisse.

Eius Circi descriptionem, ex antiqua Constantinopolis topographia, quae paulo antequam Vrbs in Turcorum potestatem uenisset facta fuit, excerptam, sic adicci, parum his quae a Petro Gilio dicuntur quadrantem. Fieri. n. potest ut centum annorum interuallo, Circi siue Hippodromi Constantinopolitani aspectus mutatus sit, Turcis eum indies demolientibus, & uastantibus, ac ad suos usus praeclarissima marmora, & columnas uertentibus.

**D**  Figura Aenea. R.

DE SECVNDO CIRCENSIVM LVDICRO, SCILICET CERTAMINE Gymnico, siue Athletico. Cap. I.



**L**VDORVM Circensium singulas partes exponere ingredienti, duplex mihi ordo in ijs tractandis occurrit, originis, & temporis quo edebantur. Nam quantum ad originem spectat (cuius ordinem sequi magis placet) primum cursus, deinde gymnica, tertio pompa, quarto uenationes, siue contra bestias certamina, quinto Troiae lusus, sexto pugnae, septimo nauma-

Duplex  
Ludorū  
Circensiu  
ordo. Ori  
ginis &  
temporis.

naumachia transigenda sunt. Quod si temporis editionem sequi magis uellemus, primò pompam, mox sacrificia, deinde certamen curule, & equestre, postea lusum Troiae, quinto uenationes, sexto certamen gymnicum, septimo pugnas, & naumachiam persequi oporteret: ita. n. plerumque in Circo exhiberi solebant, ut exposui. Quorum omnium Ludicrorum ex antiquis nomismatibus simulachra hic adieci una tabella expressa, quorum nomismatum primo pugiles, secundo Ludus Troiae, tertio uenatio, quarto pugne equestres & pedestres, quinto & sexto naumachiae delineatae sūt.

☉ Figura Ænea. S.

Varia porro fuisse Circi spectacula præter ea quæ dicam breuissimè lib. II. contra gentes ostendit Arnobius quum ait: Quid cursores, pugiles, quadrigarios desultores grallatores, sinambulos, bigarios, præstigiatores? &c. Cæterum originis rationem sequi malens, cursus certamine expedito gymnicum, siue athleticam ingrediamur, quam cursui addidit L. Tarquinius Priscus. Quarum uocum eandem rem exprimentium prior ab exercendo, posterior à certando dictæ sunt. Dionysius Romanarum antiquitatum accuratissimus scriptor in lib. VII. fine, ubi Circensium pompæ ordinem describit: Finitis (inquit) cursibus equestribus, hi qui corporibus suis certant, subintrant, Cursores Pugiles, & Luctatores, tria enim hæc athletica certamina apud ueteres Græcos erant, ut in Patrocli funere exponit Homerus.

*Gymnicæ  
inuentor  
Romæ  
L. Priscus  
Rex.*

*Gymnicum  
certamen  
quid.*

*Gymnasium  
quid.*

*Therma.*

*Gymnastica  
quid.*

*Gymnica  
quid.*

*Athletica  
quid.  
Athleta  
quid.*

Gymnicum uerò certamen est (ut lib. XVIII. cap. XVII. Etymologiarum tradit Isidorus) uelocitatis ac uirium gloria. Quod à Lycaone Arcadiae Rege in Græcia, Plinio libro VII. cap. LVI. auctore, primum inuentum à Græcis, ad Tuscos, ab ijs ad Romanos manauit, & à Gymnasijs, in quibus apud Græcos fiebat nomen obtinuit. Gymnasium porro locus est, in quo fit aliquid exercitij ἀπό τῶν γυμνασίων, hoc est, ab exercendo dictum. Quare amplissima loca illa, quibus Cursores, Luctatores, Pugiles, & ceteri id genus athletæ exercebantur, peculiari nomine à ueteribus Græcis Gymnasia, & palastræ uocatae sunt, à Romanis uerò Græco etiam uocabulo Thermae. Ludi uerò ipsi Gymnici. Cæterum postea gymnasium pro omni loco, in quo aliquod exercitationis genus fieret, sumptum est, ut pro Ludo litterario, & scholis, siue diatribis philosophorum. Cicero de Oratore: Clamabant credo omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria; & Plinius iunior in Epistolis: Gymnasijs indulgent Græculi. A Gymnasio autem duplex uox diuersa significans fit gymnastica, & gymnica. Gymnastica est ars qua homines exercentur ad sanitatem tuendam, & corporis robur sustinendum. Quare Aristoteles lib. VIII. Politicorum præcipit Adolefcentes gymnasticae, & pedotribæ esse tradendos, ita ut fiant exercitiores, firmioresque. Plato autem lib. VII. de legibus, gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet, hæc à gymnica manauit. Gymnica uerò est ars, & doctrina, qua homines cum disciplina exercentur, non sanitatis tantum, & pugnae, sed uictoriarum gratia; immò ipsa pugna, & decertatio. Ars porro Gymnica, à publica concertantium aemulatione, praemiorumque, quæ uictoribus dabantur spe, originem habuit. Postea ad Deorum cultum, hominumque; delectationem transijt (Hinc Cicero pro Muraena, Ludis obtestamur & ducimur, scripsit) demum ad exercitium corporis, & sanitatem tuendam, corporisque; uires exercendas frequentata est, gymnica porro ars etiam Athletica ab athleta uocabatur. Athleta porro ἀθλητής, hoc est à certamine, uel ἀθλον, quod certaminis praemium significat, dictus est. Quo nomine apud Græcos Gladiatores, Cursores, Pugiles, Palestritæ, qui idem, & Luctatores erant, & reliqui omnes qui corporibus suis, quauis ratione decertabant, comprehendebantur. Hi in gymnasijs inter se pugnant exercebantur. Cicero secundo Tusculanarum: Faciunt (inquit) idem quum exercentur athletæ. Plin. lib. XI. cap.





CIRCI ET QVINQUE IUDICIORVM CIRCENSIVM EX  
Veronensis inuentionis impensa et formis Venetijs anno

Obeliscus















SEX LVDICRORVM

CIRCENSIVM ET NAVMACHIAE ANTIQVI NVM



Venerabilis Anno salutis  
OO B LXXX







GREG. XIII. PONT.  
Cum privilegjs



A cap. LIII. ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Hinc metaphoricè athletica uita, pro firmissima usurparur, & athletica absolūtè ponitur pro arte certandi. Plaut. in Epid. Quid herilis noster filius ualeat. Respondet: Pugilicè, atq; athletice ualeat. Et in Bacchidibus. Bene ne usque ualeat. Respondet: Pancraticè, atque athleticè. Et quanquam athletarum nomine omnes qui corporibus suis quauis ratione decertarent, apud Græcos dicerentur, tamen apud Romanos athletæ propriè uocabantur tantum Pugiles, & Luctatores: cætera enim athletarum, siue gymnico- rum genera propria nomina habebant, ut Cursores, Saltatores, Gladiatores, & alij eiusmodi. De athletis Tranquillus in Caesare cap. xxxix. Athletæ stadio ad tempus extructo in regione Martij campi (nam Circus alijs Ludicris occupatus erat) cer- tauerunt per triiduum. Athletas. n. antiquitus in Circo decertasse praeter Dionisium lib. vii. ex libro xxxix. Historiarum Liuij intelligitur. Apparatos (inquit) Ludos M. Fuluius quos uouerat Aetolico bello, fecit. Multi artifices ex Græcia uenerunt

*De athle-  
tis multa*

B Romanis spectaculo fuit, & uenatio data Leonum, & Pantherarum. Quum uerò Lu- dorum uis creuisset, è Circo athletarum certamen sublatū fuit, & ad Itadium, & gym- nasia primum pro his constituta, deinde ad amphiteatra translatum.

Valerius libro II. cap. I. de Institutis antiquis. Athletarum (inquit) certamen à M. Scauri tractum est munificentia. Quos in theatrum ab eo primum inductos intel- ligere Valerium opinor. Tranquillus in Augusto cap. XLIII. Athletas extructis in Campo Martio sedibus ligneis, edidit. & cap. XLV. Nulli Græco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemq; honorauerit, spectauit & studiosissimè Pu- giles, & maximè Latinos non legitimos, atque ordinarios modo, quos etiam comit- tere cum Græcis solebat, sed & cateruarios oppidanos, inter angustias uicorum pit- gnantes temerè, ac sine arte. Vniuersum denique genus operas aliquas publico spe- ctaculo praebentium, etiam cura sua dignatus est. Athletis, & conseruauit priuilegia,

C & ampliauit. Idem in Nerone cap. XL. Statimque in Gymnasium progressus certan- tes athletas effusissimo studio spectauit. Et in Augusto cap. XLIII. Athletarum spe- ctaculo muliebrem sexum omnem adeo submouit, ut pontificalibus Ludis pugilum par postularum distulerit in sequentis diei matutinum tempus, edixeritque mulieres ante horam quintam uenire in theatrum non placere. Nero tamen obscenus Impe- rator, ad eorundem spectacula uirgines etiam Vestales inuitauit. Suetonius cap. XII. Ad athletarum spectaculum inuitauit uirgines Vestales, quia Olympijs quoq; Cæteris Sacerdotibus spectare conceditur. Et paulò ante; Gymnico certamini quòd in se- ptis edebat inter Buthysæ apparatus, barbam primam posuit, conditam in auream pyxidem. Idem cap. LIII. Exijt post fœnicas coronas opinio proximo ludro descen- surum cum ad Olympia inter athletas, nam luctabatur assiduè, nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectauerat, quàm brabentarum more in stadio humi assidens ac si quæ paria longius recessissent, in medium manibus suis protrahens. Dio in Ela-

D gabalo Spectaculis Sardanapali adfuit Aurelius Aelix nobilis Athleta, qui Olympijs lucta, & pancratio certauit, & utriusque certaminis uictor in Capitolino agone fuit, quod ante eum Romæ nemo fecerat Memoranter Athletæ illustres multi, inter hos Milo Crotoniata, de quo Gellius lib. xv. cap. xvi. Milo (inquit) Crotoniensis athleta illustris quem in Chronicis scriptum est Olympiade prima coronatum esse, exitum habuit uitæ miserandum, & mirandum. Cum iam natus grandis artem athleticam fecisset, iterq; faceret fortè solum in locis Italiae siluestribus quercum uidit proximè uiam patulis in parte media ramis hiantem. Tum experiri credo etiam uolens an vllæ reliquæ sibi uires adessent, immisissis in cauernas arboris digitis, deducere & re- scindere quercum conatus est, ac mediam quidem partem discidit diuisitque: Quercus cum in duas deducta partes, quum illo quasi perfecto quod erat connixus,

manus



manus laxasset cessante ui redijt in naturā, manibusq; eius retentis inclusisq; stricta E  
 denuo, & cohesa, dilacerandum hominem feris præbuit. Fuit etiam athleta Euripi-  
 des Poeta Tragicus, ut Theopompus auctor est. Solinus cap. III. Polyhistoris, de eo-  
 dem Milone tradit, quod ictu nudae manus, taurū fecit victimam, eumq; solidum qua  
 maetauerat die assumpsit solus non grauat. Victor omnium certaminum quæ obi-  
 uit. Idem Solinus alios nobiles athletas commemorat Lygdamum Syracusanū, qui  
 XXXIII. Olympiade primus in Olympico certamine Pancratij coronam reportauit,  
 eiusq; ossa deprensa sunt medullas non habere. Item Byzantium pugilem cap. IIII.  
 & cap. v. Polymnestorem Milesium victorem in stadio Olympiade XLVI. cursu. De  
 hoc eodem Milone Crotoniata Cicero de senectute. Quae uox potest esse contemp-  
 tior quā Milonis Crotoniatae, qui cum iam senex esset, athletasq; se exercentes in cur-  
 riculo uideret, aspexisse lacertos suos dicitur, illachrimansq; dixisse: At hi quidem  
 mortui iam sunt. Et paulò infrā. Per stadium ingressus esse Milo dicitur quum hu-  
 meris suis bouem sustineret uiuum. Gellius libro v. cap. IX. Aegeles Samius athleta F  
 cum antea non loquens fuisset ob hanc causam eloqui cepisse dicitur. Quum in sa-  
 cro certamine fortitio inter ipsum & aduersarios non bona fide fieret, & fortè nomi-  
 nis falsam subijci animaduertisset, repente in eam qui id faciebat sese uidere quid fa-  
 ceret magnum inclamauit, atque is oris uinculo solutus per omne uitae tempus locu-  
 tus est. Alexander Imp. in titulo Codicis de Athletis. Si tribus (inquit) ad minus co-  
 ronis publicè fuerint donati, ciuiliū munerum uacationem consequi possunt.  
 Apud Vlpianum Iureconsultum in l. Athletas, ff. de his qui notantur infamia, dicun-  
 tur etiam athletæ qui non lucri, sed uirtutis gratia se exercent publicè, & non magis  
 coactè quā sua spontè, ut sunt qui hodie serimia exercent. Plinius lib. XXXIII. cap. VII.  
 Ficcas siccas corpus, & uires adiunare scribit. Ob id ante athletas hoc cibo pasci.  
 Athletarum iudices erant, Athletæ, & agonotheta uocati. Item curatores horum  
 certaminum, qui præmia certantibus proponebant. Mastigrophori uerò erant, qui  
 athletas in certaminibus comitabantur, & cum flagellis præbant spectatores, & tur- G  
 bam importunam submouentes, ne spectaculis impedimento esset. Spartianus in  
 Hadriano. Athenis pro agonotheta resedit. Erant & gymnasiij præfecti gymnasiarche  
 uocati, de quibus Sidonius lib. II. Epist. ad Domitium qui athletarum, & certaminum  
 gymnicorum curam habebant, de quorum uno mentio est in antiqua hac & elegan-  
 ti inscriptione, quam in portu Anconitano repertam ex museo Fuluij Visini descripsi.

ΕΛΘΕΤΕ ΤΟΙΣ ΑΛΕΙΘΟΜΕΝΟΙΣ ΕΠΗΛΙΑΗ.

Plutarchus in Problematibus auctor est, Romanos nisi prius lauissent non ungi  
 consueuisse, nec aliud Græcis seruitutè ac molitiem atulisse Romanos putasse quā  
 gymnasia & palaestram, quibus languescunt adolescentium animi & penitus effemi-  
 nantur, imo puerorum amores gigni, hanc somno & deambulationibus iuuenum cor-  
 pora corrumpi, hanc saltationibus & motu composito, & certo ac delicato cibi ge-  
 nere debilitari; quibus de causis ab armis se delapsos esse non intellexerunt, conten-  
 tiq; pro strenuis ac fortibus militibus, se bonos palestritas, & athletas dici & haberi H  
 & ad summam inertiam molitiemq; deflexerunt. Loca igitur athletarum certami-  
 ni destinata, præter Circum, & Theatrum, de quo infrā dicam, stadium, septa, in Cam-  
 po Martio, Palestræ, & Gymnasia siue Thermae etiam fuere. De quibus singulis bre-  
 ui dicam. Stadium autem quod Latine Curriculum dicitur, locus erat, in quo ho-  
 mines, & equi cursitabant, & athletæ certabant, ἀπό τῆς στάδιος hoc est à statione, quod  
 Hercules eo spatio uno spiritu confecto constitisset. Cicero II. Tusculanarum. Ut  
 in Stadio Curfores exclamant quam maximè possunt. Martialis lib. III. ad matronas.

Gymnasium, Thermae, Stadium est hac parte, recede

Exiimur, nudos parce uidere uiros.

Catullus de Berecynthia, & Aty,

Stadium  
quid.

*Abero Foro, & Palestra, & Stadio, & Gymnasis.*

Lampridius in Elagabalo. Omnes (inquit) de Circò de Theatro, de Stadio, & omnibus locis, & balneis meretrices collegit in aedes publicas, & apud eas concionem habuit Ammianus lib. XXI. Vidit forum Pacis, Pompeij Theatrum, Oclaeum, & Stadium, aliq; decora Urbis aeternae. Clarissimum fuit curriculum Stadij Olympici, quod Hercules suis pedibus metatus fertur, continebatque octauam mille passuum, uel millianj partem, quod CXXV. (vt Plinius lib. II. cap. XXIII. scribit) nostros efficit passus, hoc est pedes DCXXV. passus. n. quinq; pedibus constat, quæ mensura octies multiplicata mille passus, & milliare efficit.

Hinc Circus Maximus Romæ apud Latinos aliquando ob Vei similitudinem Stadium dictus est, quod tamen nomen Græcorum potius fuit; nam quod Latini Circu, ipsi Stadium, uel Agon uocauerunt. Tranquillus in Domitiano cap. v. refert ipsum Romæ ædificasse inter cætera Flauiae gentis Templum, Merodium, Stadium, & Naumachiam. Idem (ut dixi) cum Stadio Agon erat, in Agone enim quum alijs ludicris, tum cursu præcipuè certabatur, quemadmodum in Stadio & Circò. Censorinus libro de Die Natali, cap. XII. tria Stadiorum genera facit Olympicum passuum, DC. Pythi cum passuum ∞ Italicum passuum CXXV. Stadiodromon astylon dicitur à Plinio lib. XXVIII. cap. VIII. De Stadio Olympico ab Hercule condito multa Gellius lib. I. cap. I. Septa loca erant in Campo Martio tabulatis inclusa, in quibus populus Romanus suffragia tributis & centuriatis Comitij ferre consueuerat, ita ad similitudinem ouilium dicta, de quibus Martialis lib. IX. in Mamurram.

*In septis Mamurra diu, multumque uagatus*

*Hic ubi Roma suas aurea rurexat ope.*

In quorum medio recessus quidam erat ouile dictum, de quo Lucanus lib. II.

*Concidit & misera maculauit ouilia Romæ.*

Et Iuuenalis Satyra VI.

*Meroe portabit aquas, ut spargat in aede*

*Isidis, antiquo quæ proxima surgit ouili.*

Et Ausonius in Panegyri ad Gratianum Imperatorem: Romanus populus, Martius Campus, Equester ordo, Rostra, Ouilia, Senatus, Curia imus ore mihi Gratianus. Linius septa, & ouile commemorat, quæ ex ligneis M. Agrippa sub Augusto lateritia, & marmorea fecit, picturisq; exornauit. Dio lib. LIII. Augusto VIII. & Tauro Cons. Agrippa septa decicauit. Septa locus est in Campo Martio, quem ad Comitia tributa habenda Lepidus undequaque porticibus circumductis ædificauerat, & tabulis lapideis, ac picturis exornatum Agrippa septa Iulia ab Augusto cognominauit. Plinius lib. XVI. cap. XL. Fuit memoria nostra in porticibus septorum à M. Agrippa relicta æquè miraculi causa quæ diribitorio superfuera trabs c. pedum, sesquipedali crassitudine. Palestra ædificij genus apud Græcos erat, cuius ædificationem, & porticum rationem docet Vitruuius lib. V. cap. XI. In qua uaria ad exercitium idonea loca disposita erant. In his harenis stratis cuncti præter cursores, athletæ se exercebant, ut pugiles, & luctatores, qui etiam palestræ dicti sunt, & ars ipsa palestra, uel palestra. Palestra propriè dicitur Luctatio à πάλην iterum, & πάω ferio uel percurio, aut από τῆς πάλης, idest à luctatione, uel από τῶν πάλλων, idest à motu urnæ, nam anti qui ducta sorte luctabantur. Martialis lib. IIII. de Rusticatione.

*Hinc oleo corpus frico, mollique palestra*

*Stringo libens, animo gaudens ac foenore liber.*

Et lib. VII. in Philæmin.

*Et putri luculenta de palestra.*

*Vncti verberere uapulat magistri.*

Et de Menophilo libro eodem.

*Dum ludit media populo spectante palestra.*



Lucanus libro VIII.

*Græcis deleta iuuentus  
Gymnasius aderit, studioque ignaua palestre.*

Virgilius libro VI.

*Pars in gramineis exerceant membra palestris.*

Terentius in Eunucho.

*Fac periculum in litteris, fac in palestra, in Musicis.*

Palestra deinde quemadmodum Gymnasium per translationem accipitur pro quouis re aut loco, in quo quis se exercet, aut quoduis exercitij genus agit.

Martialis libro IIII. ad Euphemum.

*Sufficit in nonam nitidis octaua palestris.*

Et libro X. in Marullam.

*Idem post opus & suas palestras.*

Terentius in Phormione.

*Ecce è sua palestra exit foras.*

Hoc est è domo Ianonis, quæ est æluri exercitium ipsius amatoris.

Elegãs Epigrãma de quodã palestrita extat in edib. Cæsianis, dignũ quã ubiq; legatur.

*Qui colitis Cybelem, et qui Phryga plangitis Attin*

*Dum vacat & iacita Dindyma nocte silent*

*Flete meos casus, non est alienus in illis*

*Hector, & hoc tumulto Mygdonis umbra tegor.*

*Ille ego qui magni paruus cognominis heres*

*Corpore in exiguo res numerosa sui*

*Fletere doctus equos, nitida certare palestra,*

*Ferre iocos æstu, fallere nocte fidem.*

*At tibi dent superi quantum Domitilla mereris*

*Quæ facis exigua ne iaceamus humo:*

*xyftus  
quid.  
Gymna-  
sũ quid.*

Palestra igitur (ut dixi) etiam ædificij siue harenæ aliud genus fuit, in quo athletæ se exercebant, xyftus etiã, & gymnasiũ uocatur, de quo infra dicam. Hæc porro loca ut xyfti, palestre, stadia, & similia, in quibus athletæ exercebantur, duplici ratione à ueteribus extructa fuisse obseruari. Etenim omnia aut uno parieum ambitu clauderantur (is locus tum gymnasium uocabatur.) Cuius xyftus, palestra, Stadium, & similia, partes erant; aut seorsum diuersis locis condebantur, ut Stadium Olympicum in Græcia, aliud Romæ in Campo Martio à Domitiano extructum, & alia alibi, quæ pro cursoribus præcipuè facta erant diuersis à palestre & xyfti locis.

*Gymna-  
sium.*

De Gymnasio & ipsorum partibus scribit lib. VI. Vitruuius, à quorum descriptione haud multum differunt ingentes ille fabricarum moles Romæ à diuersis Imperatoribus Thermarum uocabulo exædificatae, quarum amplissime & uisù dignæ parietinæ adhuc supersunt, ut Agrippæ, Neronis, & Alexandri, in Campo Martio, Caracalli in piscina publica, Diocletiani in Viminali, Constantini in Quirinali, & aliorum; in quibus quemadmodum in Græcorum Gymnasiis singula loca erant, in quibus homines hyeme & æstate, lauare, quiescere, deambulare, & animi gratia commorari, disputare, & colloqui poterant, Gymnasticam quoque sanitatis tuende, & gymnasticam ludicri gratia exercere; quorum locorum præcipua nomina ex Vitruuius, & alij antiqui scriptoribus adferam posteaquam de Gymnasijs aliquid dixerò.

Dio in Traiano. Eo diuitiarum & potentiae processit, ut Gymnasium populo Romano sine impensis substruxerit. In Gymnasio autem Athletas certare solitos, inteligitur ex Tranquillo in Nerone, cap. XL. ubi ait: In Gymnasium progressus certantes athletas effusissimo studio spectauit. Gymnasia igitur (ut dixi) ædificia ingentia erant in quibus athletæ exercebantur, quæ apud Græcos duplicia fuerunt erant. n. Gymnasium æstiuum,



**A** aetium, & Gymnasium hybernum, quod xystus etiam dicebatur. Xystus autem qui *xystus.*  
*ἄστυς* à Græcis nominatur, ambulatorium seu porticus latitudine ampla erat, exercitationi accommodata, in qua vt Vitruuius libro VI. scribit, athletæ hyberno tempore tanquam tectis stadijs exercebantur. Hinc athletæ aliquando etiam xystici nominati sunt, quod in xystis pugnantes se per hyemem sub tecto exercebant. Tranquillus in Augusto, cap. XLV. Nec in eo minus aut xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissimè semper exigit. Et in Galba, cap. XV. Liberalitates Neronis reuocandas curauit, vt si quid scenici uel xystici donatum olim uendidissent auferretur emptoribus, quando illi absumpto pretio persoluerè nequirent. Extat vetus hoc Epigramma.

L, THENODORVS  
 XYSTICVS  
 PARIDI THIMELICO  
 BENE MERENTI  
 FECIT.

Interdum xystus accipitur pro porticu quæ est ante uestibulum, uel paulò intra domum. Cicero in Bruto, Quum inambularem in xysto, & esse in otiosus domi. Interdum pro ambulatione, in qua arbuscula sunt in plurimas species effigiata. Plinius iunior Epistolarum lib. Epist. ad Gallum qua uillam suam Faustina describit. Ante Cryptoporticum xystus est uiolis odoratus. Et infra: In capite xysti deinceps Cryptoporticus horti dicata est. Et lib. V. Epistola ad Apollinarem ubi uillam Tifernatem describit. Ante porticum xystus concisus in plurimas species distinctusque buxo. Et lib. VIII. Epist. ad Romanum. Hic gestatio longo ordine super litus extenditur, hic spatiosissimo xysto leuiter inflectitur. & libro IX. ad Fuscum Epistola: Vt dies suasis in xystum me uel cryptoporticum consero. Tranquillus in Augusto, cap. LXXII. Sua prætoria quàmuis modica, non tam statuarum tabularumque pictarum ornata, quam xystis & nemoribus excoluit, &c. Faciendi autem xysti sic uidentur: vt sint inter duas porticus siluæ aut platationes, & in his perficiantur inter arbores ambulationes, ibique ex opere signino stationes, proximè autem xystum, & duplices porticus designentur, in quas per hyemem ex xysto sereno cælo athletæ prodeuntes exercentur; ita Vitruuius libro VI. De altero Gymnasij genere aetiuo scilicet, quod xystum neutro genere, uel harena dicebatur. Vitruuius libro VI. Hypetræ ambulationes (inquit) quas Græci *παρὰ δρυίδας*, nostri xysta appellarunt (xystus .n. & xystum apud Latinos significatione non nihil differunt, quàmuis Græcè idem sint.) Nam quæ sub Dio sunt ambulationes, siue athletarum harenae, ubi sudo cælo suas exercitationes palestricas quas paradromidas uocant, xysta, quæ sub tecto ubi athletæ hyeme exercebantur, xystos appellauere Latini. Qui xystis præerat xystarchus dicebatur, qua uoce utitur Tertullianus in libro ad Martyres, & in antiqua **D** basi Græca supposita olim statuæ quam Hermodorus Hierapolitanus patri Demetrio crexerat, ita

*In foro Traiani in basi Statuæ inscriptio.*

Α Η Μ Η Τ Ρ Ι Ο Σ  
 Α Ρ Χ Ι Ε Ρ Ε Υ Σ

*A dextro latere.*

ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ . ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΝ  
 ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ . ΠΑΝΚΡΑΤΙΑΣΤΗΝ . ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ  
 ΠΑΛΑΣΤΗΝ . ΠΑΡΑΔΟΣΟΝ . ΛΑΕΙΠΤΟΝ  
 ΤΟΝ . ΑΡΧΙΕΡΕΑ . ΤΟΥΤΕΙΝΗΑΝΤΟΣΕΤΕΤΟΝ  
 ΔΙΑΒΙΟΥΤΕΤΑΡΧΗΝ . ΚΑΙ . ΕΠΙΒΑΛΑΝΙ  
 ΟΝ . ΣΕΒ . ΤΟΝ . ΠΑΤΕΡΑ  
 Μ . ΑΥΡ . ΑΣΚΑΗΠΙΑΔΗΣ . Ο ΚΑΙ . ΕΡΜΟΔΩΡΟΣ  
 ΝΕΚΟΡΟΣ . ΤΟΤ . ΜΕΓΑΛΟΥ . ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ  
 ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ . ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΣ . ΠΑΝΚΡΑ  
 ΤΙΑΣΤΗΣ . ΝΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΣ ΛΑΕΙΠΤΟΣ  
 ΑΣΥΝΕΣΤΟΣ . ΑΝΕΚΑΚΗΤΟΣ ΕΤΕΤΑΡ  
 ΧΗΣ ΔΙΑΒΙΟΥ ΟΥΙΟΣ  
 Ο ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΕΤΕΤΟΥ ΔΙΑΒΙΟΥ  
 ΕΤΕΤΑΡΧΗΣ . ΚΑΙ . ΕΠΙΒΑΛΑΝΙΟΝ ΤΟΥ . ΣΕΒΑΣΤΟΥ

In qua uerba Pancratiaſtes & Periodonices notata ſunt. Quorum ille dicitur Pancratiaſtes, qui quinq; certaminum generibus uicit, Periodonices uero, qui quattuor Graeciae ludicis uictor extitit Olympijs, Nemaeis, Iſthonijs, & Pythijs. Xyſtum porro harena etiam uocatur, à tenuiſſimo illo aridoque fluminum puluere, in quo ſub Dio æſtate athlete exercerbantur: nam in eiufmodi æſtiuis Gymnaſijs harenam ſpergebant, quo commodius & minore in caſu periculo athlete decertarent. In gymnico inſtrumento pulueris ſportulam enumerat Pollux. Athlete enim ante certamen in canifterio puluere poſt unctiõnem aſperſi erant, ut preñſiones eſſent firmiores & non lubricæ. Nam puluerem luſtatoribus ex Ægypto deferri ſolitum auctor eſt.

Tranquillus in Nerone cap. xlv. Nam & forte accidit, ut in publica fame Alexan-  
 drina nauis nunciaretur puluerẽ luſtatoribus aulicis aduexiſſe. Plin. lib. xxxv. cap. xiii. Non multum à puluere Puteolano diſtat è Nilo harena tenuiſſima ſui parte non ad ſuſtinenda maria, fluctusque frangendos, ſed ad debellanda corpora paleſtre ſtudijs. Iam certè Patrobio Neronis principis liberto aduehebatur. Quin & Leonardo, ac Cratero, & Meleagro Alexandri Magni Ducibus, ſabulum hoc portari cum reliquis militaribus comertijs reperio. Harena hinc accipiebatur pro ſtadio, uel curriculo, ſue agone, in quo curſores currebant; Item pro paleſtra, in qua, reliqua athletarum genera decertabant. Plinius lib. viii. Ceſar harenae Circi, id eſt ſtadio, ſiue curriculo, & areae Circenſi Euripum addidit. Et Suetonius in Auguſto, cap. xliii. Quoſdam muneris die Parthorum obſides tunc primum miſſos per harenam (paleſtre ſcilicet uel certaminum locum) mediam ad ſpectaculum introduxit. Vug. lib. v.

*Ille autem ſpiſſa iacuit reuolutus arena.*

Et paulò infra eodem libro.

*Perculit & ſulua moribundum extendit harena.*

Et infra.

*Exiit atque ingens media conſiſit arena.*

Hinc & amphitheatrorũ areae, imo amphitheatra ipſa harena aliquãdo uocantur. In Gymnaſijs autem ſue paleſtris (ut ſupra dixi) uaria ad exercitium loca diſpoſita erant, quorum praeſcipua ex antiquis monumentis hæc fuiſſe annotauimus.

*Gymnaſiorũ par-  
 tes.*

Porticus duplices, ſingulares, & ſtadiatae, deambulandi gratia. Exedrae ſpatioſae cum herentibus ſedijs, in quibus Philoſophi, Rhetores, & alij, qui ſtudijs delectabantur ſedentes diſputabant, haud abſimiles locis illis, in monachorum clauſtris ſitis, quæ Capitula uocant. Ephoebeum ubi puberes. Conceum, ubi puellæ exercantur.

**A**bantur: Aut Conyceum, idest tonstrina, aut Coryceum, idest locus ubi pila seu solle exercerentur. Conisterium ubi luctaturi post lotionem puluere aspergebantur, ut prensiones essent firmiores, & non lubricæ, ut suprâ dixi. Elcothesum siue unctuarium, ubi ceromate, idest cerato olco perfundebantur athletæ. Cui oleo subacta cera terre quoddam genus admisceri solitum testis est Plinius libro xxxv. cap. xiiii. Frigidarium lauatio frigida. Hipocaustum, siue vaporarium. Propigneum idest suffocatorium ubi per furnum aut cellam vaporariam ignis preclusus estuabat. Concamerata sudatio. Laconicum, idest sudatorium. Lauatio calida, siue calidarium, Tepidarium.

Porticus subdiales, & stadiatæ in quibus seu tectis stadijs per hyemen coelo non sereno athletæ exercebantur, aut spectante hominum multitudine certarent.

Item xyfii & xyfii. Et stadium figuratum, ut possent homines cum laxamento athletas certantes spectare. Item vestibula, theatridia, sphaeristeria, pinacothecæ cauedia, atria, atriola. Apodyteria, idest vestiaria. Dietæ siue coenationes. De quibus magis opportunus alius erit dicendi locus. Erant gymnicorum serui qui stramenta gymnasiorû colligebant de quibus Valerius lib. ix. cap. xv. De similitudine formæ.

Ⓔ Figura Ænea. T.

Hic antiquarum Diocletiani Thermanum descriptionem adijciam ex quibus ea quæ dixi confirmantur.

Gymnicum autem certamen duplex (ut Plato sensit) vel triplex (ut Dionysius lib. vii. & Iulius Pollux libro v. scripserunt) fuit. Plato libro vii. de legibus, gymnicum certamen diuidit in Saltationem & Luctationem. Dionysius verò, & Pollux cum Cicerone in Cursum, Pugillatum, & Luctam, siue Palaestram distingere. Quæ tria athletica certamina apud Romanos præcipuè in usu erant. M. Tullius libro ii. de Legibus.

**S**unt corporum certationes Cursu, & Pugillatione, & Luctatione Curculisque equorum. Dionysius libro vii. Hi qui corporibus suis certant, Cursores, Pugiles, & Luctatores tria athletica certamina apud Graecos veteres erant, ut in Patrocli funere auctor est Homerus. Idem libro quinto Iulius Pollux refert. Alij gymnicam quinque certandi generibus constituunt, scilicet Cursu, Pugillatu, Lucta, Saltu & Edisco, quod certamen Graeci Pentathlum, siue Pancratium, Latini, ut Graeci à quinque partibus, Quinquertium appellant. Isque Athleta qui omnibus his quinque certandi generibus congredditur, Pentathlus siue Pancratiastes dicitur. Quæ certandi genera apud Graecos potissimum in usu fuere, neque enim facile apud Romanos Pancratiastem, siue Disci, aut Saltus certamen ordinarium inueniri posse opinor: sua enim Ludicra Cursu, Pugillatu, & Lucta conficiebant. Quæ antiquitus in Circo edebantur, qui ob eam causam aliquando etiã Stadij, & Palaestæ nomen obtinuit. Quum de gymnico certamine in genere uerba fecerim: nunc singulas partes expediam, à Cursu initium faciens. Cursus itaque certamen Romæ in Circo eadem ratione institutum erat, qua equorum, & currum: nam ex quattuor Curforibus unus ex singula factione sumebatur, qui circum Metas Circi currebant, & ille qui primus omnium certa curricula confecisset, palmam obtinebat, ut is qui apud Graecos primus Stadij metam attingisset, cursus uictor erat, præmiaque uictoribus dari solita accipiebat. Stadium autem apud Graecos ad cursus certamen potissimum referebatur.

**D** Cursores porò pedibus certantim currentes mortis similitudinem repræsentabant, ad quam celeri gradu omnes currimus, quare à superiori parte ad inferiorem cursitabant, idest, ab Oriente ad Occidens, quum omnia orta occidere sit necesse. Nudi currebant, quia in hoc saeculo post nostrum obitum nulli nostræ aliàs naturæ reliquiae supersunt. Recto spatio currebant, quod inter uitam & mortem pa-

Gymnicum certamen quatuorplex.

Pancratia fies quid.

Cursus & Cursores.

Cursores mysteria.



Cursus  
genera  
duo.

rum uel nihil sit discriminis. Cursus à uelocitate curruum uocatus. Est enim cursus celeritas pedum, ita Isidorus Etym. libro xviii. cap. xx. à cursu Cursores dicti. Quorum duo genera erant, eorum qui Parabatae, hoc est Certatores uocabantur. Hi primum super cursus ab aurigis agitados in Circo uehebantur, mox equestribus certaminibus finitis, è curribus descendentes, pedibus certatim currebant, de quibus Dionysius libro vii. Antiquum (inquit) institutum apud Graecos fuit, à Romanis etiam obseruatum, deuectorum in curribus cursu. Finito enim equorum certamine, Cursores in pedes è curribus desilientes quibus una cum aurigis prius uecti fuerant (quos poetae Parabatas, Athenienses Apobatas uocant) cursu stadij inter se ipsi certant.

Alterum uerò Cursores genus erat, de quibus idem Dionysius scribit subiiciens: Finitis cursibus equestribus, hi qui corponibus suis certant, tunc intrant Cursores, Pugiles, & Luctatores, tria athletica certamina. De Circensium Cursores Tranquillus in Augusto cap. xlvi. In Circo (inquit) aurigas cursores confestatoresque ferarum nonnunquam ex nobilissima iuuentute produxit. Spartianus in L. Aelio Caesare; iam illa leuiora, quod Cursores suis exemplo cupidinum alas frequenter appo- sivit, eosque uentorum nominibus saepe uocitauit. Boream alium, alium Notum, & item Aquilonem, aut Circium, ceterisque nominibus appellans, & indefessè, atque inhumaniter faciens cursitare. His alludit fortè eiusmodi uerus incriptio.

In edibus Marj Delfni

AQVILON K AQVI	HIRPINVS. N. AQVI
LONIS. VICIT CXXX	LONIS. VICIT CXLIII
SECUNDAS TVLIT	SECUNDAS TVLIT
LXXXVIII	LVI. TERT. TVL. XXXVI
TER. TVL. XXXVII	

Seneca controuersiarum libro v. Cursores quod intra exiguum spatium de uelocitate eorum iudicetur id saepè in exercitatione decurrunt quod semel decursuri erant in certamine. Multiplicatur ex industria labor quo condiscimus ut leuetur. Dio in Domitiano: Edidit spectaculum, quo uirgines cursu certauerunt. Capitolinus in Alexandro: Cursores nunquam, nisi se utum suum dedit, dicens ingenium currere, nisi in sacro certamine non deberet. M. Tullius in Tusculanarum: In Stadio Cursores ex- clamant quam maximè possunt. Plautus Merc. Genua hunc Cursores deserunt. Sui- das meminit cuiusdam generis cursus quod Draulon, hoc est per duo stadia uocat, & apud Imperatorem Iulianum κατὰν Δραυλον extat. Flinius lib. vii. cap. xx. ex Solini Polyhistor. cap. v. cucurrisse ∞ ccxl. Stadia ab Athenis Lacedemonum biduo Philippidem magnum erat, donec Anistius Lacon Cursores Lacedemonius, & Philonides Alexandri magni à Sicyone Elim uno die ∞ cc. Stadia cucurrerunt. Addit Solinus cap. v. Polymnestor Milesius puer cum à matre locatus esset ad caprarios passus, lu- dico leporem consecutus est, & ob id statim productus à gregis domino Olympiade xlvi. ut Boetius est auctor, uictor in Stadio meruit coronam. In Italia octo annos puer natus xl. v. millia passuum à meridie transiit ad uesperum.

Nunc quidem in Circo quosdam cl. x. millia passuum tolerare non ignoramus.

Pugiles.

Pugiles secundum Athleticorum certaminum genus erant athletae caestibus inter se pugnant, à pugna, uel pugno nominati, quod pugnare caestibus, & pugnis cõfueuerunt. Isidorus lib. xviii. cap. xxi. Pugillatus (inquit) est uirium immensitas in labore, & pondere corporis, à quo Pugiles dicti, caestibus pugnant.

Caestus.

Caestus uerò erat genus, Clauae pilas plumbeas loris bubulis appensas habens, qua Dantem, & Entellum apud Virgilium, libro v. pugnassemus, à cedendo dictum.

Autum. Vnde Seruius super eo loco; Erat durum certamen caestuum raroq; sine caede committebatur, nam ex ferro erant, & ut habilis, faciliusq; manibus gererentur, pendebant ab illis lora, quibus non solum manus, sed brachia, humeriq; alligabantur, ut etiam remissis digitis palmae tamen haerent. Virgilius libro III.

*Sin crudo sedit pugnam committere caestu.*

Sext. Pompeius. Caestus uocatur ij, quibus pugiles dimicant. Erat & aliud genus Caestus quo athleta uno aut utrisq; tantum brachijs armati, uel laminis ferreis, uel subtilium annulorum nexibus decertabant. Arnobius lib. VII. crudos Caestus uocat sic: Iam uerò si uiderint amicitiarum fide salua contendere se, alios & crudis mutiare de Caestibus, exclamant, quarum imagines infra ad feram. Virgilius uerò ludum Caestuum, quemadmodum & Troiae accuratè his uersibus describit libro v.

*Talis prima Dares caput altum in praelia tollit*

*Ostenditque humeros latos, alternaque iactat*

*Brachia protendens, & uerberat ictibus auras;*

*Queritur huic alius, nec quisquam ex agmine tanto*

*Audet adire uirum, manibus inducere caestus.*

*Ergo alacris, cunctosque putans excedere pugna*

*Aeneae stetit ante pedes, nec plura moratus*

*Tum leua taurum cornu tenet, atque ita satur*

*Nate Dea: si nemo audet se credere pugnae*

*Quae finis standi, quo me decet usque teneri*

*Ducere dona iube, cuncti simul ore fremebant*

*Dardanidae, reddique uiro, promissa iuebant.*

*Hic grauis Entillum dictis castigat Aestes*

*Proximus ut uiridante toro coesederat herbae*

*Entelle heroum quondam fortissime frustra*

*Tanta ne tam patiens nullo certamine tolli*

*Dona fines? ubi nunc deus nobis ille magister*

*Ne quiquam memoratus Erix, ubi fama per omnem*

*Trinacriam, & spolia illa tuis pendentia testis?*

*Ille sub haec non laudis amor, nec gloria cessit*

*Pulsa metu, sed. n. gelidus tardante senecta*

*Sanguis habet frigentque effoetae in corpore uires*

*Si mihi qui quondam fuerat quaque improbus iste*

*Exultat fidens si nunc foret illa iuuenta,*

*Haud equidem pretio inductus pulchroque iuuenco*

*Venissem, nec dona moror; sic deinde locutus*

*In medium geminos inmani pondere caestus*

*Proiecit quibus acer Erix in praelia suctus*

*Ferre manum duroque intendere brachia tergo*

*Ostupuere animi tantorum ingentia septem*

*Terga bouum plumbo insuto, ferroque rigeant*

*Ante omnes stupet ipse Dares longè que recusat*

*Magnanimusque Anchisiades, & pondus, & ipsa*

*Huc, illuc uinculorum immensa uolumina uersat*

*Tum senior tales referebat pectore uoces*

*Quid? si quis caestus ipsus, & Herculis arma*

*Vidisset, tristemque hoc ipse in littore pugnam*

*Hec germanus Erix quondam tuus arma gerebat*

*Sanguine cernis adhuc sparso quae infecta cerebro*



His magnum Alciden contra Fletit, his ego suctus  
 Dum melior vires sanguis dabat aemula nec dum  
 Temporibus geminis canebat sparsa senectus,  
 Sed si nostra Dares hec Troius arma recusat  
 Idque pro sedet Aeneae probat auctor Aescus  
 Aequemus pugnant Erycis tibi terga remitto  
 Solue metus, & tu Troianos exue caesus.  
 Hæc fatus duplicem ex humeris reiecit amictum  
 Et magnos membrorum artus magna ossa lacertosq;  
 Exiit, atque ingens mediâ confissit arena  
 Tum satis Anchisa caesus pater extulit equos  
 Et paribus palmas amborum innexuit armis  
 Constitit in digitos extemplo arrectus uterque  
 Brachiaque ad superas interritus extulit auras  
 Abduxere retro longe capita ardua ab ictu  
 Immiscentque manus, manibus, pugnamq; laceffunt  
 Ille pedum melior motu fretusq; iuuenta.  
 Hic membris, & mole valens sed tarda trementi  
 Genua labant vastos quatit aeger anbelitus artus  
 Multa uiri nequiquam inter se vulnere iactant  
 Multa cauo lateri ingemmant, & pectore vastos  
 Dant sonitus, errantque aures, & tempora circum  
 Crebra manus duro crepitant sub vulnere malae  
 Stat grauis Entellus, visuque immotus eodem  
 Cor pore tela modo, atque oculis uigilantibus exit  
 Ille velut celsam oppugnat qui molibus Vrberem  
 Aut montana sedet circum castella sub armis  
 Nunc hos, nunc illos aditus, omnem pererrat  
 Arte locum, & varijs assultibus irritus orget  
 Ofsendit dextram insurgens Entellus, & alte  
 Extulit ille ictum uenientem à vertice velox  
 Praecidit celerique elapsus corpore cessit  
 Entellus vires in uentum effudit, & ultro  
 Ipse grauis, grauiterque ad terram pondero vasto  
 Concidit, ut quondam caua concidit aut erymantha  
 Aut Ida in magna radicibus eruta pinus  
 Consurgant studijs Teucris, & Trimacria pubes  
 It clamor caelo, primusq; accurrit Aescles  
 Aequaeuumq; ab humo miserans attollit amicum,  
 At non tardatus casu, neq; territus heros  
 Acrior ad pugnam redit, & vim suscitât ira  
 Tum pudor incendit vires, & conscia virtus  
 Praecipitemq; Darem ardens agit aequore toto  
 Nunc dexta ingeminans ictus, nunc ille sinistra  
 Nec mora, nec requies, quam multa grandine nimbi  
 Culminibus crepitant sic densis ictibus heres  
 Creber utraq; manu pulsât, uersatq; Dareta.  
 Tum pater Aeneas procedere longius iras  
 Et saeuire animis Entellum haud passus acerbis,  
 Sed finem imposuit pugnae fessumq; Dareta



**A** Eripuit mulcens dictis ac talia fatur  
 Infelix qua tanta animum dementia coepit  
 Non vires alias, conuersaq; numina sentis?  
 Cede deo dixitq; & praelia voce diremit  
 Ast illum fidi aequales genua aegra trahentem  
 Iactantemq; utroq; caput, crassumq; cruorem  
 Ore reiectantem, mixtosq; in sanguine dentes  
 Ducunt ad naueis galeamq; ensesq; vocati  
 Accipiunt, palmam Entello taurumq; relinquunt  
 Hic victor superans animis, tauroq; superbus  
 Nate dea, voxq; haec inquit, cognoscite Teucri  
 Et mihi qua fuerint iuueni in corpore vires  
 Et qua seruetis reuocatum à morte Daretæ  
**B** Dixit, & aduersi contra stetit ora iuueni  
 Qui donum astabat pugnae, durosq; reduit  
 Librauit dextra media inter cornua coestus  
 Arduus, effraetq; illis ossa cerebro  
 Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos  
 Ille super talis effudit peccore voces.  
 Hanc tibi Erix meliorem animam pro morte Daretis  
 Persoluo, hic victor caestus artemq; repono.

Memoratur Pollux argonauta egregius pugil victor, & superator Bebrycis Amyci  
 Neptuno geniti. Cuius huiusmodi ab Apollonio Rhodio refertur historia Argonau-  
 ticon lib. II. Bebrix Amycus Bithyniæ rex pugil corporis firmitudine excellens cum  
 hospitibus aduenientibus pugillatu decertare confueuerat. Casu accidit ut annui-  
 gantibus illuc argonautis in littus excurrisset classemque Mymarum conspicatus, il-  
**C** los inhospitaliter, & inhonorificè ad certamen prouocauit. Quam regis ferocientis  
 impotentiam, non bono stomacho concoquens Pollux ad certamen pugillatorium  
 congressus, eum interfecit. De eo Sidonius in Panegyri ad Maiorianum,

Vnius mortem libeat decernere cestu  
 Cessit Erix Siculus simili nec floruit arto  
 Sparta Therapnea pugilem Crig ymnade pinguem  
 Stratum Bebricij Amycum suspexit arenis.

Et infra.

Tres animas vitam cum si tibi fata dedissent  
 Maioriane ferox uetustis Castora frenos  
 Pollucem cestus Adonem spicula nosse.

Et infra in carmine ad Felicem.

Non dicam Lacedemonis iuuentam  
**D** Vntas Tyndaridis disasse luctas  
 Doctos quos patrijs palem Ferapis  
 Gymnas Bebricij tremis theatri.

Pollucis, & Amyci certamen elegantissimè Valerius Flaccus Argonauticon libro  
 III. describit Virgilij imitatione. Cuius carmina ad rei argumentum intelligendum  
 subijcere non grauabor.

Principio fluuios gemensq; & littora duetor  
 Explorare nitet: paulumq; egressus Echion  
 Inuenit obscura gemitus in valle trahentem  
 Clam iuuenem, es caci marentem nomen Amyci.

Et infra.

*Salve vera Iouis vera ò Iouis vndiq; proles  
Ingeminant ò magna nimis memoranda palestris.  
Taygeta & primi Felix labor ille magistri.*

Et infra.

*Carmine victori geminans cratera parenti.*

Caestibus pugiles pugnabant. Cicero II. Tusculanarum Pugiles Caestibus cõtuſi ne ingemiscunt quidem. Pugnabant, & pugnis, ut idem de claris oratoribus docet: Pugiles (inquit) inexercitati, etiam si pugnos, & plagas Olympiorum cupidè ferre possunt, solem tamen saepè ferre non possunt. Horat. II. Epist. I. ad Augustum.

*Si discordet eques media inter carmina possunt.*

*Aut versus, aut pugiles, his nam plebecula gaudet.*

Liuius libro primo eorum in Vrbe originem scribens; Ludicrum (inquit) Circensium fuit equi pugileſq; ex Hetruria maximè acciti. Dionysius lib. VII. Finitis equestribus certaminibus, hi qui corporibus suis certant tunc intrant cursores, pugiles, & luctatores. Tranquillus in Augusto cap. XLIII. Athletarum spectaculis muliebrem sexum omnem adeo submouit, vt pontificalibus ludis pugilum par postulatum distulerit in sequentis diei matutinum tempus, edixeritq; mulieres ante horam quintam uenire in theatrum non placere. Idem cap. XLV. Spectauit studiosissimè pugiles, & maximè Latinos, non legitimos, atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Graecis solebat, sed & cateruarios oppidanos inter angustias uicorum pugnantes temerè ac sine arte. Plin. li. VIII. c. XXII. Copas qui Olympionica scripsit, narrat Demarchum Parrhasium athleticæ restitisse in pugillatum, uictoremq; uictoria Olympia reuersum. Duorum pugilum imagines ex antiquis marmoreis tabulis quæ Romæ in regione Montium in priuatorum ædibus extant subijcere placet: Luctatio autem, siue Palestrica à laterum complexu (ut Isidorus libro Etymologiarum XVIII. cap. XXXII. scribit) uocata, quibus cominus certantes innitent, tertium gymnici certamen erat, Circensibus cum duobus superioribus à L. Tarquinio Prisco Rege additum. Vnde Athletæ, Luctatores & Palestritæ, etiam dicti sunt, quod nudi, & nudi decertarent; Lucta autem conflictus erat athletarum, quo alius alium prosternere in terram nitentur, quæ, & Palestra dicta est. Palestra etiam erat (ut supra dixi) locus in quo Luctatores se exercebant, dicta à πάλιν, & iterum πειον ferio uel percutio, siue à Luctatione, vel à motu vrnae: nam ueteres educta forte luctabantur. Hinc Palestritæ, qui & Luctatores. Hi nudi luctabant & oleo ungebatur, quo mollior esset nexuum comprehensio. Luctandi artem urſorum contentione primo monstratam fuisse refert Isidorus libro XVIII. cap. XXIII. Namque inter cæteras feras eos solos erigi, & congressos subsidere celeriter, ac reuerti, & modo manibus tentare inuicem, modo complexu abigere sese more luctantium fertur. Virgilius libro VI.

*Pars in grammeis exercent membra palestris,*

*Contendant ludo, & sulua luctantur arena.*

Plautus in Rudente ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum, pro exercitio Gymnastico, & Palestrico. Cicero in Verrem: De Heraclij hereditate, quam Palestritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse. Persius Satyra quarta.

*Quinque Palestritæ licet hæc plantaria uellant.*

Plinius libro III. cap. LVI. Ludos Gymnicos inuenit in Arcadia Lycaon funebres Acastus in Folcho. Post eum Theseus in Isthmo. Hercules Olympiæ athleticam. Sidonius lib. ij. ep. ad Domitium. Absunt lubrici tortuosiq; pugillati, & nexibus Palestritæ. Quorum etiam iuuenum luctas, si inuoluantur obscænius, casta confestim gymnasiarcharum uirga dissoluit. In lucta porrò, & pugillatu is uictor censetur, qui stabat, uel pugnis praeualebat, uictus is, qui in terram ceciderat, uel succubuerat. De his Dionysius libro VII. loco supra saepè citato. Nudi Athletæ ideo decertabant,

Luctatio  
siue Pa-  
lestrica.



A bant, quum ante mos fuisset, ut uestibus induti, & ne nudarentur cincti pugnarent, quod in stadio relaxato cingulo repente prostratus, & exanimatus fuerit quidam cursor. Quare ex concilij decreto tunc Ludij princeps Hypomenes decreuit, ut deinceps nudi athletae, & uncti, solis uerendis testis se in Gymnasijs exercerent. Dionysius libro VII. Athletae grauiorum leuiorumque certaminum nudi cetera, pudenda tantum testis subligariibus campestribus decertabant. Qui mos Romae manet nostro quoque tempore, sicut olim fuit in Graecia, in qua nunc antiquatus est, orto à Lacedemoniis initio. Primus autem nudauit totum corpus in Olympiaco stadio decurrens Neathus Lacedemonius. Olympiade xv. Antea uero turpe habebatur apud Graecos oestoto corpore nudo certare, ut ex Homero colligere licet, qui successos induit Heroas. certe Aiacis, & Vlixis lucta Ludis in Patrocli honore funebrib. describés sic ait,

*Tum sese in medium coetum duo magna dedere*

*Corpora heroum succincta.*

B Atque etiam manifestius idem liquet ex Odyssaea ubi Irum, & Vlixem facit pugiles his uerbis.

*Diuus Vlixes.*

*Proslit in medium feruens portiq; fundendae.*

*Subligar iniecit*

Mendicum porro metu tergiuersantem fingens ita canit

*Ast Iro frigidus tetigit praecordia sanguis.*

*Illi constanti licet inuito, atque trementi*

Seneca libro v. de beneficijs Luctator ter abiectus perdidit palmam non tradidit. cum inuictos esse Lacedemonij ciues suos magno aestimarent ab his certaminibus remouerunt in quibus uictore facit non iudex non per se ipse exitus, sed vox cedentis & tradere iubetis. Prudentius li. contra Symachum posteriore de palestritis quos et pugiles uocat sic,

*Tum mastigophoris oleoque & gymnadiis arte*

*Victis pugilibus mites pugnabat Hetruscus.*

*Nec petaso insignis poterat Lacedemone capta*

*Mercurius seruare suas de clade palestras.*

C De luctatoribus Tranquillus in Nerone cap. XLIII. Forte accidit, ut in publica fame Alexandrina nauis nunciaretur puluerem luctatoribus aulicis aduexisse. Iulius Capitolinus in Marci uita. Amauit (inquit) pugillantium luctamina & cursum. Capitolinus in Maximo seniore Natali Getae filij minoris Seuerus militares dedit ludos propositis praemijs argenteis, id est armillis, torquibus, & baltheolis. Tunc Maximinus xvi. lixas fortissimos uno sudore deuicit xvi. acceptis praemijs munusculis non militantibus Plinius. lib. VII. c. xx. Crotoniatem Milonem Athletam cum constitisset, nemo uestigio educebat, malum tenenti nemo digitum corripiebat. Cucurrisse ∞ CIX. stadia ab Athenis. Lacedemonem biduo Philippidem magnum erat, donec &c. Notum Palestritam commemorat Martialis lib. VI. in Cinnam ipsa est imago panici palestritae.

D Victori athletae, & coronis ornabantur, & palmis donabantur. Cassiodorus lib. VI. epist. ad Stephanum virum sublimen. Athletam populis palma designat esse uictorem.

De hoc triplici athletarum genere Aufonius.

*Doctus Hylas castu. Phegeus catus arte palestrae*

*Clarus Olympiacis & Lycus in stadijs*

*An possent omnes uenturo vincere agone*

*Hammonem Libiae consulere Deum.*

*Sed Deus ut sapiens, dabitur uictoria uobis*

*Indubitata quidem, si caueatis ait.*

*Ni quis Hylam castu ne quis certamine luctae*

*Phegea, ne cursu, te Lyce praeferat.*



Haec uerò tria tantum Ludorum Circensium certamina gymnica fuisse refert Dio. E  
 nyfius lib. vii. quod innuit lib. ij. de legib. M. Tullius, cum ait: Iam Ludi publici quum  
 sint cauea Ciroq; diuifi, sunt corporu certationes curru, & pugillatione, & luctatione.  
 Nam saltus, & disci certationes potius Graecorum fuere, quam Latinorum, & si à Ro-  
 manis aliquando ufurpatae sunt, id extra Circu fuit, quas quod cognitu dignae sint,  
 & inter gymnicas artes relatae fuerint, paucis & ipsas expediam. Saltus certame gym-  
 nicum etiam fuit dictum quasi exiliens in altum. est enim saltus altius exilire, vel lo-  
 gius, vt Isidorus lib. xviii. cap. xix. tradit, quum Athletae in harena, seu stadio, vel  
 palaeſtra ad inuicem saltando decertabant, ita vt is victor eſset, qui longius spatium  
 pedibus saltando confecisset, de quo certamine Pausanias in rerum Heliacarum li-  
 bris ſcribit. Disci ludicrum e quinque gymnics certaminibus nouissimum fuit, erat  
 autem Discus Ludi genus hoc est rotunda molés ſaxea, plumbea, ſiue ferrea, cuius ia-  
 ctu athletae inter ſe decertabant iſque victor erat, qui aut altius in ſublime, aut lon-  
 gius in tractu, vel propius deſtinatam metam proieciſſet. Martialis lib. xiiii. F

*Splendida quum uolitent Sparthani pondere disci.*

*Eſte procul pueri.*

Vbi alludit ad mortem Hyacinthi pueri, qui iactu disci ab Apolline eſt interfectus,  
 & in florem ſui nominis mutatus, de quo uide Ouidium x. libro Metamorphoſeos.  
 Discus autem figura erat plana, & rotunda quemadmodu ex antiqua ſtatua uidetur,  
 ſicut nobis ſolis caput apparet. Hinc Graeci ſolis corpus Diſcum uocant. Eiuſmodi  
 athletas Plinius lib. ij. cap. xxxvi. Diſcibolos appellat, id eſt Diſci iactatores. Hu-  
 iuſmodi diſco uidentur nunc ut noſtri temporis Ludiones, qui qua eſtus gratia plebe  
 recreantes, orbem rotundum aereum minutissimo foramine in ſublime iaculatum vir  
 ga eodem immiſſa excipiunt. Sed antiquorum ludicro ſimillimum eſſe exiſtimo eum  
 ludum, qui Romae, & in Italia paſſim uſurpatus, uulgo piaſtrela dicitur.

Iactus. Disci loco Isidorus libro xviii. cap. xxi. iactus ponit: Iactus (inquit) certamen  
 gymnicum à iaciendo dictum, unde & piſcatorum rete iaculum dicitur. Huic arti  
 uſus eſt arreptos lapides procul ferire ciſtas pondere librato iacere, ſagittas arcu e-  
 mittere. Caeterum haec potius agonom genera eſſe crediderim, quam ex quinque Lu-  
 dis aliquem quos Graeci frequentantes Paeratum ſiue pentathlum, Latini Quinquer-  
 tium, quod quinque certandi generibus conſtaret uocauer, utrorumq; uerborum  
 Quinquer-  
 tium pen-  
 thlum.

*Omnis aequalis uincebat Quinquertio.*

Quo die quinque genera artium ludo exercebantur. Liuius quoque ipſos athle-  
 tas ſic nominat: Quinquertiones praeco in medium uocat. Pentathlum antiqui  
 Quinquertium dixerunt. Id autem genus exercitationis ex his quinque artibus con-  
 ſtabat, iactu Diſci, Curſu, Salu, Pugillatu, Luctatione. Inde Athletae, qui his certa-  
 minibus congregiebantur Pancratiaſta, Pentathli, & Quinquertiones uocabantur.  
 Hermolaus Barbarus in annotationibus in cap. viii. lib. xxxiiii. Plinij Pentathlos  
 à Pancratiaſtis, & hos rurfus ab his quos periodo uictores uocabant, diſſerre ſcribit,  
 ita ut Pancratiaſtem eſſe potius ſit, quam Pentathlum, & rurfus Periodo uictore plus  
 quam Pancratiaſtem. Pentathlum enim eſſe exiſtimat, qui his quinque certandi ge-  
 neribus congregitur, hoc eſt qui Curſu, Pugillatu, Lucta, Salu, Diſcoque certat, etiã  
 ſi in omnibus hiſce, aut quibuſdam ſuccumbat. Pancratiaſtem autem dici putat, qui  
 quinq; his certandi generibus congreſſus, omnibus uicit; Periodo uerò uictor is di-  
 citur, auctore Sex. Pompeio, qui quattuor ſacra illa Graeciae certamina obiuit, Pythia,  
 Iſthmia, Nemea, & Olympia, & his omnibus uicit, ab eorum ſpectaculorum circuiu  
 & uictoria. Pancratium itaque, & Pancratiaſtes ex Hermolai ſententia dicuntur  
 τὸ παντα κρατῶν, à uincendo omnia, ut Pancratium ſit certamen de quo quis quinque  
 iam

A iam dictis certandi generibus congressus omnibus, uicit. Pancratiastes uerò, qui ex quinque hisce certandi generibus euasit uictor. Suidas uidetur Pancratiij, & Pancratiastæ uocabula deriuare ἀπο τῶν πανδην κρατῶν hoc est ab omnibus uiribus, & omni resistendi genere, quod in hisce certaminibus athletæ effundebant, & manibus, pedibusq; pugnantem interpretatur. Budæus prioribus Pædestarum annotationibus, putat Pancratium fuisse certaminis genus quod aduocatis omnibus corporis uiribus, omniumque neuorum contentione transigebatur: nam & calcibus, & cubitis non modo pugnis Pancratiastas usos fuisse opinatur Quintilianus II. Institutionum oratoriarum libro: Sicut ille (inquit) exercendi corpora peritus, non si docendum Pancratiastem suscepit. Pugno ferire, uel calce tantum, aut nexu modo certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt eius certaminis. Plinius lib. XXXIV. cap. XIX. Myro fecit satyrum admirantē tibias, & Mineruam Delphicos pentathlos pancratiastas. Et infra. Vicum eum Pythagoras Rhegynus ex Italia pancratiaste Delphis posito. & lib. XXXV. cap. XI. Alcimachus Doxippum depinxit qui Olympiæ pancratio citra pulucri tractum, quod uocant ἀκροίτη uicit. Propertius lib. III. Elegia XIII.

*Puluerulentaque ad extremas stat femina metas*

*Et patitur duro uulnera Pancratio.*

Seneca libro V. de beneficentia: Lacedæmonij (inquit) uerant suos pancratio, aut caestu decernere, & lib. V. declamationum: Duos filios quidam pancratiastas instituit & ad Olympiam duxit. Quum compositi essēt, ut simul pugnarent accessit ad pugnantem pater, & ait abdicaturum se, si quis perdidit, tum mortui iuuenes, & decreti sunt his honores diuini. Gellius lib. III. cap. XV. Diagoras Rhodius tres filios adulescentes habuit, unum Pugilem, alterum Pancratiastem, tertium Luctatorem, eosq; omnes uidit uincere & coronari eodem Olympiæ die. Et quum ibi eum tres adulescentes amplexi coronis suis in caput patris positis suauarentur, quumque populus gratulabundus flores in eum undiq; iaceret, ibi in stadio populo inspectante animā efflauit.

C A pancratio est aduerbium, pancraticè, hoc est robustè. Vnde pancraticè ualere, est, robustum esse, & firma corporis ualitudine, ut ij qui pancratio exercentur.

Plautus in Bacchide, Bene ne usque ualuit, Respondit, Pancraticè, atq; athleticè, Plinius lib. XV. cap. IIII. Athenæ uictores olea coronant, Græci oleastro Olympiæ. Idem lib. XVI. cap. XLIV. Conspicitur Olympiæ oleaster ex quo primus Hercules coronatus est, & nunc custoditur religiosè; Athenis quoque olea durare traditur in certamine edito à Minerua.

*Corona certantiū*

Fœminas pugiles instituisse Dōmitianū refert Tranquillus cap. IIII. Nam uenationes gladiatoresq; & noctibus ad lychnicas nec uirorū modo pugnas, sed & fœminarū dedit. Quibus pugilibus fœminis alludit Statius primo Siluarum de Kal. Decemb.

*Fœminæ pugiles.*

*Stat sexus rudis, insciusque ferri*

*Et pugnas capit improbus uiriles,*

*Credas ad Tanaim serumq; Phasim*

*Thermodoonticas calere turmas.*

D Et Martialis lib. I.

*Belliger inuictusque tibi Mars saeuit in armis,*

*Non satis est Caesar seruit, & ipsa Venus*

*Prostratum Nemees, & uasta in ualle leonem*

*Nobile & Herculeum fama canebat opus.*

*Prisca fides taceat: nam post tua munera Caesar,*

*Hec iam fœminea uidimus acta manu.*

Et Iuuenalis Satyra prima,

*Mania Tuscum.*

*Figat aprum, & uuda teneat uenabula mamma*

Item



Item Tranquillus in Domitiano cap. supra citato: In stadio cursu etiam virginis certamini praefedit crepidatus, purpurea que amictus toga Germanicam capite gestans coronam auream cum effigie Iouis Iunonis Mineruaeque, assidentibus Diali Sacerdote, & collegio Flauialiu pari habitu, nisi quod illoru coronis inerat, & ipsius imago, &c. Victi pugiles herbam uictoribus dare solebant. Sext. Pompeius Herbam do, quum ait Plautus, significat uictum me fateor, quod est antiqua & pastoralis uitae indicium, nam qui in prato cursu aut uiribus contendebant, quum superati erant, ex eo solo in quo certamen erat decerptam herbam aduersario tradebant. Feminam pugilem scite describit Propertius lib. III. Eleg. XIII. ad Sparten de Ludis Laconicis.

*Lucas.* Multa tuae Sparte miramur iura palestra  
Sed magis uirginei tot bona gymnasii  
*Lucas.* Quod non infames exercet corpore laudes  
Inter luctantes nulla puella uiros  
*Lucas.* Cum pila ueloces saltis per braccia iactus  
Increpat & uersi clauis adunca trochi  
*Pancratium.* Puluerulentaque ad extremas stat foemina metas  
Et patitur duro uulnera pancratio  
*Cestus.* Nunc ligat ad cestum gaudentia brachia loris  
Missile nunc disci pondus in orbe rotat.  
*Discus.* Gyrum pulsat equus, mucum lauis ensis reuincit,  
Virgineumque cauo protegit aere caput.

Hoc loco cum incuria quadam omissa fuerit Epistola Theoderici Regis Fausto Praeposito inscripta una cum poemate Heroico C. Lolij Sidonij Apollinaris Galli Aruenorum Episcopi ne sumptu inutili grauaretur impressor supponenda iudicauimus quae folio 61. post Figuram Aeneam litera R. signatam uenerant collo canda, tu Lector uide & properanti calcographo ignosce.

Cassiodorus libro III. Variarum.

### FAVSTO PRÆPOSITO THEODERICVS REX.



**V**ANTVM Histrionibus rara constantia, honestumque uotum, tanto pretiosior est, cum in eis probabilis monstratur affectus. Carum est enim homini reperisse, ubi aliquid se laudabile non putauerat inuenire. Dudum siquidem Thomati aurigae, ex orientis partibus aduenienti, annonas rationabiles consideratio nostra largita est, donec eius artem probaremus & animum. Sed quoniam in hoc agone primatum noscitur obtinere, eiusque uoluntas, patria derelicta, nostri sedes fouere delegit Imperij, mensura eum duximus largitate solidandum. Ne adhuc ambiguum redderemus, quem Italiae dominatum elegisse cognouimus. Is enim frequenter uictor per diuerforum ora uoluit, plus uictus fauore quam curribus. Suscepit partem populi protinus inclinatum, & quos ipse fecerat tristes, laborauit iterum reddere laetiores, modo agitatos arte superans, modo equorum uelocitate transcendens, frequentia palmarum eum dici faciebat maleficum, inter quos magnum praeconium uidetur esse ad talia crimina peruenire. Necessesse est enim ad peruersitatem magicam referri quando uictoria equorum meritis non potest applicari. Spectaculum expellens grauissimos mores, inuitans leuissimas contentiones, euacuator honestatis, fons irriguus iurgiorum, quod uetustas quidem habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse lubricum. Primus enim hoc apud Elidem Arcadiae ciuitatem Oenomaus fertur edidisse, quod postea Romulus in ap-  
ptu



**A**ptu Sabinarum, necdum fundatis aedificijs ruraliter ostentauit Italiae. Sed Mundi Dominus ad potentiam suam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam in vallem Murciae tetendit Augustus, ut immensa moles firmiter praecineta montibus contineret, ubi magnarum rerum indicia clauderentur. Biffena quippe ostia ad duodecim signa posuerunt. Haec ab hermulis funibus demissis subita aequalitate panduntur docentes totum illic, ut putabatur consilio geri, ubi imago capitis cognoscitur operari. Colores autem inuicem temporum quadrifaria diuisione funduntur, Prasinus uirenti Verno, Venetus nubiliae Hyemi, Roseus Aestati Flammeae, Albus pruinoso Autumno dicatus est. Ut quasi per duodecim signa digrediens annus integer signaretur; sic factum, ut naturae ministeria spectaculorum composita imaginatione luderentur. Biga quasi Lunae, Quadriga solis imitatione reperta est. Equi defultorij, per quos Circensium ministri missus denunciant exituros, Luciferi praecursoris uelocitates imitantur; sic accidit, ut dum se colere astra putarent, religionem suam ludicra similitudine profanaret. Alba linea non longè ab ostijs in utrumque podium, quasi regula directa producitur, ut quadrigis progredientibus, inde certamen oriretur, nedum semper praeproperè conantur elidere, spectandi uoluptatem uiderentur populis abrogare. Septem metis certamen omne peragitur, in similitudinem hebdomadis reciprocae. Ipsae uerò metae secundum Zodiacos decanos ternas obtinent fummitates, quas ad instar solis quadrigae celeres peruagantur. Rotae Orientis, & Occidentis terminos designant. Euripus maris uitrei reddit imaginem, unde illuc delphini equorei aquas interfluunt. Obeliscorum quoque prolixitates ad coeli altitudinem subleuantur, sed potior Soli, inferior Lunae dicatus est. Vbi sacra Priscorum Chaldaicis signis quasi literis indicantur. Spina infelicitum captiuorum fortem designat, ubi duces Romanorum supra dorsa hostium ambulantes, laborum suorum gaudia; perceperunt. Mappa uerò, quae signum dare uideatur Circensibus, tali casu fluxit in morem; Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut assolet, audis spectandi populis flagitaret, ille Mappam, qua tergendis manibus utebatur, iussit abijci per fenestram, ut libertatem daret certaminis postulati. Hinc tractum est, ut ostensa Mappa certa uideatur esse promissio Circensium futurorum. Circus, à circuitu dicitur. Circenses, quasi Circienses, propterea quod apud antiquitatem rudem, quae necdum spectacula in ornatu deduxerat fabricarum, inter enses & flumina locis uirentibus agerentur. Nec uacat, quod viginti quatuor missibus conditio huius certaminis expeditur, profectò, ut diei noctisque horae tali numero clauderentur. Nec illud putetur irritum, quod metarum circuitus ouorum erectionibus exprimitur, quando actus ipse multis superstitionibus grauibus, oui exemplo geniturum se autem aliquam profiteretur, & ideo datur intelligi, uolitantes atque inconstantissimos inde mores nasci, quos auium matribus aptauerunt. Caetera Circi Romani longum est sermone decurrere, dum omnia uideantur ad causas singulas pertinere. Hoc tantum dicimus, omnimodis stupendum, quod illic, supra caetera spectacula feruor animorum in consulta grauitate rapiatur. Transit Prasinus, pars populi maeret, praecedit Venetus, & totius turba Ciuitatis affligitur, nihil proficientes, feruenter insultant, nihil patientes grauiter vulnerantur, & ad inanes contentiones sic disceditur, tanquam de statu periclitantis patriae laboretur. Quod merito creditur dicatum numerosae superstitioni, ubi ab honestis moribus sic constat exidi. Haec nos foueamus necessitate populorum imminuentium, quibus uotum est ad talia conuenire, dum cogitationes feras delectantur abijcere. Paucos enim ratio capit, & raros probabilis oblectat intentio, & ad illud potius turba ducitur quod ad curarum remissionem constat inuentum. Nam quicquid aestimat uoluptuosum, hoc & ad beatitudinem temporum iudicat applicandum. Quapropter largiamur expensas, non semper ex iudicio demus. Expedit interdum desipere, ut populi possimus desiderata gaudia continere.

*Alba for  
id erat su  
niculus.  
uide Pol  
lucē lib. 3*

Ex C. Solij Sidonij Apollinaris Galli Aruernorum Episcopi Panegyrico de laudibus Ciuitatis Narbonae, & eius ciuium, ad Cosentium Ciuem Narbonensem.

*Nam Circensibus ipse quanta Ludis  
 Victor gesseris in tonante Roma  
 Laetam par fuit exarare Musam.  
 Ianus forte suas bifrons Calendas  
 Anni tempora circinante Phoebos  
 Sumendas referebat ad curules  
 Mos est Caesaris, ut die bis uno  
 Priuatos uocent parare Ludos,  
 Tunc caetus iuuenum, sed aulicorum  
 Elaei simulachra torua campi  
 Exerceret spaciantibus quadrigis,  
 Et iam te turba petit, cietque raucae  
 Acclamatio sibilans coronae  
 Tum qua est Ianua Consulimq; sedes  
 Ambit quam paries utrumque senis  
 Cocryptis carceribusque formicatus  
 Vno è quattuor axe forte lecto  
 Curuas ingrederis frequens habenas  
 Id collega tuus, simulq; uobis  
 Pars aduersa facit, micant colores  
 Albus uel Venetus, uirens, rubensq;  
 Vestra insignia continent ministri  
 Ora & lora manus inbasq; tortas  
 Cogunt flexilibus latere nodis,  
 Hortanturq; obiter iuuantq; blandis  
 Vltro plausibus, & uoluptuosum  
 Dictant quadrupedantibus furorem;  
 Illi ad claustra fremunt repagulisq;  
 Incumbunt simul ac per obseratas  
 Trasumant tabulas, & ante cursum  
 Campus flatibus occupatur absens.  
 Impellunt, trepidat, trahunt, repugnat,  
 Ardescunt, saluunt, timent, timentur;  
 Nec gressum cohibent, sed inquieto,  
 Duratum pede stipitem flagellant,  
 Tandem murmure buccinae strepentis  
 Sussensas tubicen uocans quadrigas,  
 Effundit celeros in arua currus,  
 Non sic fulminis impetus trisulci  
 Non pulsa Scythico sagitta neruo,  
 Non sulcus rapidae cadentis astri,  
 Non fundis balearibus rotata  
 Vnquam sic liquidos poli meatus  
 Rumpit plumbea glandium procella  
 Cedit terra rotis, & orbitalium  
 Moto puluere sordidatur aer  
 Instant uerberibus simul regentes.*

A

Iamque & pectora prona de coiunna  
 Extensi rapiuntur & iugales  
 Trans armos ferunt vacante tergo  
 Nec cernas cito cernuos magistros  
 Temones magè sufferant an axes,  
 Iamque hos ex oculis velut volantes  
 Consumpto spacio patientiore  
 Campus clauserat artus arte factus  
 Per quem longa humilem duplicemq; muro  
 Euripus sibi machinam tetendit  
 Vt meta ulterior remisit omnes  
 Fit collega tuus prior duobus

B

Qui te transferant ita ipse quartus  
 Giri conditione tum fuisti  
 Curae est id medijs, ut ille primus  
 Pressus dexteriore concitatu  
 Partem si patefecerit sinistram  
 Totas ad podium ferent habenas  
 Curru praetereatur intus actio  
 Tu conamine duplicatus ipso  
 Stringis quadringos, & arte summa  
 In girum bene septimum reseras,  
 Instabant alij manu atq; voce  
 Passim & deciduis in arua guttis  
 Rectorum alipedumq; sudor ibat  
 Raucus corda ferit fauor fauentum

C

Atq; ipsi pariter viris equisq;  
 Fit cursu calor & timore frigus  
 Itur sic semel, itur & secundo  
 Est sic tertius atq; quartus orbis  
 Quinto circite non valens sequentum  
 Pondus ferre prior rotabat axem  
 Quod velocibus imperans quadrigis  
 Exhaustos sibi senserat iugales  
 Iam sexto reditu perexplicito  
 Iamq; & praemia flagitante vulgo  
 Pars contraria nil timens tuam vim  
 Securas prior orbitas terebat

D

Tensis cum subito simul lupatis  
 Tensis pectoribus pede ante fixo  
 Quantum auriga suos solebat ille  
 Raptans Oenomaum tremente Pisa,  
 Tantum tu rapidos teris iugales  
 Hic compendia flexuosa metae  
 Vnus dum premit incitatus à te  
 Elatas semel impetu quadrigas  
 Iunctum non valuit plicare giro  
 Quem tu quod sine lege praeteriret  
 Transisti remanens ab arte restans  
 Alter dum popularitate gaudet

L Dexter



Dexter sub cuneis nimis cucurric  
 Hunc dum obliquat iter diuque lentus  
 Sero cornipedes citat flagello  
 Tortum tramite transis ipse recto  
 Hic te incautus affecutus hostis  
 Sperans anticipasse iam priorem  
 Transuersum uenit impudens in axem  
 Incuruantur aequi proterua crurum  
 Intrat turba rotas quaterque termi  
 Artantur radij repleta donec  
 Interualla crepent volubilisque  
 Frangat margo pedes, ibi ipse quintus  
 Curru praecipitatus obruente  
 Montem multiplici facit ruina  
 Turpans prociduam cruore frontem  
 Misceat cuncta fragor resuscitatus  
 Quantum non ciparissifer Lyceus  
 Quantum non nemorosa tollit ossa  
 Crebras inquietata per procellas  
 Quatum nec roboant uoluta ab Austro  
 Doris Trinacris aut voraginoso  
 Quae uallat sale Bosphorum Proponentis  
 Hic mox praecipit aequus Imperator  
 Palmis serica torquibus coronas obungi  
 Et meritum remunerari  
 Vilitis ire iubens satis pudendis.  
 Villis versicoloribus tapetas, &c.

DE POMPA TERTIA LVDORVM CIRCENSIVM PARTE.  
 Cap. II.

Pompa  
 Circensis  
 origo.



ANNO Urbis conditae CCLVII. A Postumio Albo Regillense T. Vir-  
 ginio Tricoſto Rutilo Conſulibus, quum Latini bellum pro reducen-  
 dis Tarquinij Regibus regno exactis, atq; Vrbe pulſis, contra S.P.Q.R.  
 ſuſcepſerunt, aduerſus eorum impetum Dictator ex S.C. creatus eſt, Cō-  
 ſulum alter A. Poſtumiſ, qui T. Aebucium Heluam Magiſtrum Equi-  
 tum dixit. Hi magnis peditum, & equitum copijs inſtructi, Vrbe proſecti ad lacum  
 Regillum (qui nunc S. Praxedis dicitur) in agro Tuſculano agmini hoſtium occurre-  
 runt, ubi conſiſtu acri inito, quum uehementer pugnantibus Latinorum, & exulum  
 Romanorum copijs, in ancipiti res Romana adducta eſſet, A. Poſtumiſ Dictator  
 Dijs Magnis Ioui, Iunoni, & Mineruae, ceteriſq; Dibus hos Ludos, & ſacrificia uouit  
 ex S.C. ſe facturum, ſi proſperè contra Latinos rem geſſiſſet. Hoc factò, illico Lati-  
 norum acies impulſa inclinari coepit, eiſq; in fugam uerſis, maxima uictoria Roma-  
 ni potiti ſunt, qua Octauius Manulius Tuſculanus hoſtium Dux, & duo Tarquinij Su-  
 perbi filij Titus & Sextus ceciderunt, ſuiſq; ea clades Latinis ingens. Ferunt uoto in  
 pugna à Dictatore factò ſtatim in acie Romana duos apparuiſſe equites aduleſcen-  
 tes habitu militari humana forma auguſtiores, qui equitatus Romani ductores fa-  
 cti, obuium quemque ex hoſtibus haſtis perimebant, Romanos ad uictoriam adhor-  
 tantes, eos quoque eodem inclinante ad ueſperum die uictis, & captis Latinorum ca-  
 ſtris, uiſos fuiſſe eodem habitu in foro Romano, Latinos à Quiritibus uictos eſſe nun-  
 ciantes,

**A** cian tes, difcedentes deinde ex foro à nemine amplius uifos, multa de ijs inquisitione facta. Poftera autem die quum à Dictatore Senatui epiftolae redditae effent, quibus & uictoriam, & duorum iuuenum in castris apparitionem monuit, creditum vulgò est numina eos fuiſſe, Caſtorem ſcilicet, & Pollucem, cuius uictoriae ergo templum his in foro ex S. C. conditum fuit, ſacraque ſolennia Idibus Quinſtilibus, quo die proſpere à Dictatore bellatum fuerat, inſtituta. Ludos uerò, & ſacra à Dictatore uota, Senatu fieri placuit, & in poſterum ſolennia eſſe, decretumque, vt ſingulis annis in horum Ludorum, ſacrificiorumque impenſis quingentae argenti Minae publico ſumptu pèderentur, quod uſq; ad Punicum bellum obſeruatum fuiſſe tradit lib. vii. Dionyſius. De Pompa Circenſi Liuius lib. xxx. Ita abundauit Tiberis, ut Ludi Apollinares Circo Veneris Eryanæ parati ſint. Cæterum Ludorum ipſo die ſerenitate ſubita orta pompa iam coepta ad portam Collinam reuocata deductaque in Circum eſt, quum deceſſiſſe inde aquam nunciatum eſſet.

**B** Hæc porrò ſacra primum quidem ſimplicia fuere, Ioui, Iunoni, & Mineruæ tantum celebrata, deinde quemadmodum in reliquis factum eſt, multis additis ſolenni- *Pompa ritus.* bus Ludicris, ampliſſima facta ſunt, atque ad omnium Deorum cultum extenſa. Horum Ludorum dies Menſe Septembri erant, quando etiam Ludi Magni, ſive Romani à Priſco Tarquinio Rege inſtituti, edebantur. His porrò Ludorum diebus, multa Romaë more Græco circa mercatus, & nundinas, hoſpitum qui uiſendi ſtudio ad Urbem frequentes conueniebant exceptiones, communesque inducias fiebant, ſolennisque pompa & ſacra ita exhibebantur, vt ex Dionyſij lib. vii. deſcribam, quibus & reliqua æſtimare poſſumus. Die Ludis deſtinato ante ſolennia ludicra pompam Dijs ordinabant, ducebantque ij magiſtratus qui in Vrbe tunc maximam haberent poteſtatem, vt Dictator, vel Conſules, Decemuiſ legibus ſcribendis deputati, aut tribuni militum Conſulari poteſtate, vel his abſentibus Praetores. Pompæ initium erat à templo Iouis Capitolini, ea per forum Romanum circumducta Velabro ad Circum

**C** Maximum ferebatur, ubi metis circumdatis (quemadmodum tradit Varro) ſacrificioque ſolenni perfecto, bigarum, quadrigarum, gymnica, & cætera Circenſia ſpectacula committebantur, quæ tunc in Vrbe frequentia erant, & ſic pompæ finis. Proce- *Pompa ordo, & ma.* dendi uerò ordinem cuiſmodi fuiſſe tradit Dionyſius: Praecedebant omnes nobiles iuuenes Romani pubertatis proximi, qui pompæ ducendae iam per ætatem intereſſe poſſent, hi quidem equis uehebantur, quorum patres Equites Romani eſſent, & Equèſtre cenſum H. S. C. D. millium haberent; Cæteri inferioris cenſus pedites militiæ pedeſtris forma, per alas, centurias, claſſiumque & manipulorum ordines diſtincti ſubſequabantur, perinde, ac ſi Ludum litterarium peterent, aut ad bellum irent, vt hoſpitibus ſpectantibus Romanorum iuuentutis robur, quod ad Urbis tutelam, & Populi Romani Imperium propagandum parabatur, eorum ſimul, & multitudo, & forma egregia conſpicua eſſet. Tacitus lib. xii. Ludicro Circenſium, quod acquirendis vulgi ſtudijs edebatur. Britannicus in praetexta, Nero triumphali ueſte tranſue

**D** ſi ſunt. Spectaret populus hunc decore Imperatorio, illum puerili habitu, ac perinde fortunam utriuſque praefumeret. Hos tertio loco ſequabantur quadrigae, & bigae, equi ſingulares, & deſultorij, cum ſuis aurigis, ſive agitatoribus. *ij. Cur- rus, & equi. in Athle- tae.*

Post eos ueniebant grauiorum, leuiorumque certaminum trium generum Athletæ, Curſores, Pugiles, & Luctatores, nudato corpore pudendiſtantum ſubligariſibus campeſtribus tectis, qui mos in Græcia antiquatus, diu Romæ manſit.

Quintum locum obtinebant ſaltantium tres chori uiro- rum, imberbium, & puero- rum, quorum apparatus, & habitus cuiſmodi fuiſſe reſert Dionyſius. Punicas induebant tunicas balteis aereis, gladijs, & parazonijs dependentibus aſtricti, lanceas deinde mediocribus etiam breuioribus manibus tenebant. Cæterum, uirorum chorus praeterea, galeas aereas Criſtis inſignibus, pennisque ornatas ferebat, praecedebant *v. Salta- tio arma- ta, eius origo & ritus, tres ſaltantium chori uiri, imberbes pueri.*



*Versus  
proceleu-  
maticus.*

*Origo sal-  
tationis  
Pyrrhicae  
alijs ar-  
matae.*

autem singulos choros singuli uiri, primique subsequenter saltandi rationem tradebant, qui bellicos, motusque uehementes in saltando agitabant. Unus uero ex singulo coetu militares, ac concitatos modulos praecinebant rythmis plerumque proceleumaticis, hoc est uersibus, quorum primus pes ex quattuor syllabis breuibus constabat inmixtos. Proceleumaticus autem est dictus, quasi primitus iussus, eo quod in sacris Mineruae prius eius pedis uersus pronunciarum uidebatur. Alij eum à cohortatione in iussu nautico dictum putant, cui ob celeritatem est aprissimus. Antiquissimum porro fuit, & celebre apud Graecos eiusmodi saltandi institutum, atque ab ijs ad Romanos manauit Oenopia, id est armata saltatio (armati. n. saltabant) siue Pyrrhica nominatum. Cuius institutionis origo uariè proditur: quidam. n. eam à Pallade ortum habuisse ferunt, quae ob uictoriam de Titanis adeptam, prae gaudio choros agere armatos, saltando psallere, & choreas ducere prima instituit. Alij à Curetibus, siue Corybantibus Creticis sacerdotibus hunc saltandi morem deriuasse scribunt, quum Iouem lactantem uellent strepitu armorum, concinnisque gestulationibus rythmo, id est uersibus cantando demulcere: siue, ne Saturno patri qui ipsum comedere destinauerat, uagitu manifesta retur, eumque hac ratione liberauere. Plinius lib. vii. cap. lviij. Hanc saltationem Pyrrhica in Creta Pyrrhum primum instituisse scribit, à quo etiam Pyrrhica appellata est. Strabo lib. x. Geographiae docet Pyrrhica repperitam fuisse à Pyrrhico pro adulescentibus ad disciplinam militarem exercendis. Quam antiquissimam artem apud Graecos fuisse ex Homero intelligitur, qui eam quum alijs saepe, tum in caelatura clypei Achilli à Vulcano donati commemorat. Fingens. n. in eo duas ciuitates, alteram pace florentem, bello diuexatam alteram, feliciorem illam describit, festos dies agentem, uacantemque nuptijs, ut fieri solet atque conuiuijs. Carmen sic habet.

*arcta canoros*  
Tibia dat sonitus, saltat omnis ad incita pubes  
Carmina, & audaces coetu feruente choreas  
Deducunt, iuuat è patulis spectare fenestris  
Vestibulis domum pulchras astare puellas.

Rurfusque aliam choream Creticam constantem, ex innuptis puellis, & iuuentute, ubi ita canit.

*spectandum denique multa*  
Ante chorum, et uario, distinxerat ordine, qualem  
Construxisse ferunt Creteis, Dedalon oris  
Formosae auxilium Minoidos ignibus olim  
Illic, & nitidi iuuenes pulchraeque puellae  
Stabant, alternata manu ceu uincla tenentes.

Deinde habitum eorum describens, ut mares in armis gesticulatos intelligamus, haec subiicit.

*pulchras haec ferre coronas*  
Hi gladios auro nitidos.

Praesultatores quoque aliorum ita describit.

*Plurima circumstantes delectabatur amicam*  
Turba chorum spectans, medio gemini pueri arte  
Praeibant magna Thiasis, saltuque rotabant  
Corpora,

Sex Pompeius: Bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant. Quod à Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse, cum in Ludis Sabinorum uirgines rapuit. Saltationem Appuleius libro x. de Asino aureo ita a fabre his uerbis explicat. Nami puelli, puellaeque florenti uirentes aetatula, forma



A ma conspicui, ueste nitidi, incestu, gestuosi Graecanicam saltantes Pyrrhicam dispostis ordinationibus, decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum Flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi, & in quadratum palorem cuneati, & in careruae distidium separati.

Et Liuius lib. XXII. A porta Carmeta è Iugario uico in foru uenere, in foro popa costitit, per manus reſte data, uirgines sonum uocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt.

Dio libro LX. Pueri quos ad Pyrrhicam saltationem ex Asia Caius euocauerat, ſemel duntaxat ea saltata, Ciuitate donati dimiſſi ſunt.

Plato libro VII. de Legibus: Pyrrhica eſt (inquit) quae motiones corporis imitatur, iſtus, iactusque declinantis, & uirabundi, omnifariamque cedentis in altum etiam ſubſilientis, & ſeſe ſub cido poplite demittentis, ruruſ cõtrarios hiſ motuſ Pyrrhica imitatur, eos ſcilicet qui in habitus corporis actiuoſoſ feruntur, quales eiſ ſunt qui ſaſgittarũ, miſſiliumque; iaculationeſ effingere, motu corporis, plagarumque, & petitionũ <sup>Pyrrhica saltatio quid.</sup> multiplicium imitamenta aſſequi, implereque contendit, quibuſ tela, plagaque uiantur. Tranquilluſ in Caſare c. XXIX. Pyrrhicam ſaltauerunt Aſiae, Bithyniaeque Principum liberi. Et in Neroniſ cap. XII. Exhibuit Pyrrhicas quaſdam ex numero Ephebarum, quibuſ poſt editam operam diplomata ciuitatiſ Romanae ſinguliſ obtulit. Inter Pyrrhicarum argumenta tauruſ Paſiſphaen ligneo iuuencae ſimulachro abditam iniit, ut multiſ ſpectantium crediderunt. Icaruſ primo ſtatim conatu, iuxta cubiculuſ eiſ decidit, ipſumque cruore reſperſit. Spartianuſ in Hadriano Militareſ Pyrrhicas populo frequenter exhibuit.

Et Ammianuſ Marcellinuſ libro XVI. Quum exercere praeludia diſcipline Caſtreſiſ philoſophuſ cogereſtur, ut princepſ, partemque; modulatiuſ incedendi per Pyrrhicam continentibuſ diſceret ſiſtuliſ. Et Solinuſ cap. XVI. Pyrrho reſertore equeſtreſ turmaſ Creta primum docuit, & laſciuia uertigineſ implicare, ex qua diſcipline bellicae, rei ratio, & uſuſ eſt datuſ. Pyrrhicam ſaltationem, & de qua mox dicam Satyricam commemorat Iuliuſ Pollux libro IIII. qui Pyrrhicam à ſaltationiſ iudice dictam autumat; extant eiſuſmodi armatae in Circenſibuſ ſaltationiſ imagineſ.

Hos ſexto loco ſequebatur Satyricorum chori hoc eſt eorum, qui ſatyrorum more saltabant Sicinnem referentem Graecã. Aliquorum habituſ ſilenorũ reſpraefentantium erant hiriſſatae, & uilloſae tunicae, quaſ quidaſ ſcorteas uocant amicuſa que conſerta ex omni ſlorum genere. Aliorum ſatyrorum quidaſ hirciniſ pellibuſ amicti erant, ſeraſque herrentem in capite habebant atque hiſ ſimilia. Hi ſeriaſ illaſ ſaltationeſ ridiculẽ imitabantur, deprauanteſ per ludibriuſ eaſ. Quibuſ luſibuſ ſatyriciſ, ſalibuſque, & ſcomatibuſ iam inde à priſciſ ſaeculiſ delectatoſ fuiſſe Romanos ex triuſpho apparet, permittebatur enim uictoreſ deducentibuſ iamboſ, & diſteria iacere in Imperatoreſ clariffimoſ, quemadmodum Atheniſ ſolebant pompam in plauſtriſ ducenteſ fanniſ & ſcomatibuſ obuios impetere, poſtea extemporalibuſ uerſiculis utebantur, quin, & in illuſtriuſ uiroꝝ funebribuſ Pompis inter alia fererum praecedebant, ſaltatoreſ ſatyriciſ maxime autem diuitem, quorum inuentio ad Graecos autoreſ à Dionyſio reſertur; erant inter hoſ quidaſ Manduci uocati, de quibuſ Sex Pompeiuſ. Manducuſ effigieſ in pompa antiquoꝝ inter caeteraſ ridiculaſ formidoſoſaſque; ire ſolebat, magniſ malis ac late dehiſcens, & ingentem dentibuſ ſonituſ faciendũ de qua Plautuſ ait in Rudente. Quid ſi aliquo ad Ludos me pro manduco locem? quapropter? clare crepito dentibuſ;

Poſt ſatyricos uerò choroſ VII. Pompã ducebant tibicineſ inſtanteſ antiqui moriſ breueſ tibicinulaſ, quarum diu uſuſ apud Romanos fuit quum in Graecia exoleuiſſent, citharedi; lyraſ ſepticordeſ eburneaſ, quae etiam barbata dicuntur plectetes. Hi in omnibuſ ſerẽ ſacrificiſ, & praefertim antiquiſ praeto erant. De tibicinibuſ Romanis mentio eſt in antiqua hac inſcriptione ſc.

vi. Satyrica saltatio.

scomma-ta satyrica.

vii. Tibicines.

## DE LVDIS CIRCENSIBVS,

In vinea Carpensii.

IMP. CAES. IMP. CAES  
 L. SEPTIMI. SEVERI  
 PII. PERTINACIS  
 AVG. ARAB. ADIABEN  
 PARTHICI. MAXIMI  
 FORTISSIMI. FELICISSIM.  
 P. P. FILIO  
 M. AVRELIO ANTONINO  
 PIO. FELICI. AVG  
 TRIB. P. POTEST. IIII.  
 PROCOS  
 TIBICINES. ROMANI  
 QVI. SACRIS  
 PVBLIC. PRAEST. SVNT

In dextero latere.

DEDIC. PRID. NON. APRIL.

TI. CLAVDIO. SEVERO. C. AVFIDIO VIOTORINO. COS  
 Q. C. PRECILIO SERENO. II. TI. CLAVDIO TITIANO

vii. Mini-  
 stri sacro-  
 rum mino-  
 res.  
 Alij mi-  
 nistri sa-  
 crorum ma-  
 iores. ix.

Post tibicines, & citharistas octavo loco praecedebant sacerdotum ministri thuribula accerras, & alias arculas aureas, & argenteas, sacras & publicas, in quibus aromata, & thus per uiam ad suffitum faciendum adolebant ferentes. His nono loco succedebant reliqui sacrorum sanctiores ministri, ut Camilli, & Camillae, Flaminij, & Flaminiae, Aeditimi, alijs Aeditui, Scribae publici Pontificum, A commentarijs xv. sacris faecundis, adiutores haruspicum, Kalatores sacerdotiorum, Pullarij, poppae, uicimarij, lictores Flaminum, praeficae praeclamitatores, lictores virginum Vestalium praeficae designatores, & alij similes, tauros, uaccas, arietes, & alias hostias uitarras, & infulatas ad imolandu ducentes, pompas, & res templorum sacras, argenteas, aureasq; mire elaboratas, ut uasa, pateras, candelabra, lituos, apices, tripodas, gladios, seures ad cedendas uictimas simpulla, aspersoria, exuuias, & alias eius generis portates.

x. Simu-  
 lachras, et  
 ten se Deo-  
 rum cum  
 ipsorum  
 insignib.

Decimo ferebantur omnium Deorum simulachra, effigies, habitum, insignia, & munera habentium quales apud Graecos finguntur, partim curribus uecta, partim humeris hominum lata, singulisq; Dijs suos apparatus, notas, & dona, quorum vnusquisque eorum olim inuentor fuerat, hominesque docuerat, Ioui . n . fulmen, & aquila, Palladi oliua, & oleum, Neptuno equi, Mercurio caduceus, & litterae, Cereri triticum, Tripolemo, aratrum & familia ascribebantur.

Dij maio-  
 res.

Primum omnium ferebantur eorum Deorum imagines quos Graeci duodecim maiores Deos uocabant, Latini uero consentes quasi consentientes in eo quod est gerendum, his enim utitur uelut consiliarijs Iuppiter in maximis rebus agendis. Hi porro totidem anni mensibus praerant, ut Iuppiter Iulio, Iuno Ianuario, Neptunus Febuario, Apollo Maio, Mercurius Iunio, Mars Octobri, Volcanus Septembri, Vesta Decembri, Minerua Martio, Diana Nouembri, Venus Aprili, & Ceres Augusto, ex quibus sex mares sunt, & totidem foeminae, quorum imagines auratae stabant apud forum, ut refert Varro lib. 1. De re rustica quos Ennius disticho est complexus.

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,  
 Neptunus, Iouis, Mercurius, Volcanus, Apollo.

Alij xx. inter quos est Varro Deos maiores faciunt, quos selectos uocant XIII. mares







OCTO · P O M P A E · C I R C E N S I S · A N T E I Q V I · N V M M I · O N V P H R I I · P A N V I N



Venety Anno salutis  
∞ϷLXXX





VERONENSIS OPERA ET TYPEIS ACCVRATE DELINEATI



*Greg. XIII Pont Max  
Cum privilegio*







**A** mares, octo feminas videlicet, Ianus, Iuppiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Volcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater, Tellus, Ceres, Iuno, Luna, Diana, Minerua, Venus, Veita, ideo selecti dicti, propter maiores in mudo administrationes, vel quod populis magis interueniāt, maiorq; est eis cultus exhibitus, ita D. Augustinus lib. vii. cap. i. de Ciuitate Dei. Hi sacris vehiculis portabantur. Post eorum Deorum signa lata, qui priores genuissent, quos duodecim etiam fuisse Graeci fabulabatur, & Saturni, Opis, Latonac, aliās Lucinae, Maiae, Themidis, Coeli, Deae Syriac, Ifidis, Orci, Proserpinae, & Noctis. Tertio loco eorum Deorum figurae uehebatur, quos fuisse Graeci finxerūt, postquam Iuppiter Imperium suscepit, Vt Parcarum, .s. Clotho, Lachesis, Atropos; Muemosines, idest Memoriae, & filiarum eius Musarum, nouē, Calliopes, Clio, Erato, Thaliae, Melpomenes, Therpsicores, Euterpes, Polymniae, & Vrania; Itcm trium Gratiarum, Aglaiae, Thaliae, Euphrosines, Horarū xxiv. Nympharum, Orcadum, Driadum, Hemadriadum, & aliorum denique Deorum, quorum delubra, aut templa apud Graecos fuere. Quarto loco Heroum, & Semideorum statuae uisebatur, quorum animae post praeclarissimas quasq; res gestas, mortalia corpora relinquentes, in coelum ascendisse dicuntur, honores Dijs similes fortiti, ut Liberi patris, idest Bacchi, Herculis, Aesculapij, Castoris, Pollucis, Helenae, Triptolemi, Panos, Carmentas, Euandri, Aeneae, Romuli, & aliorū plurimorū. Quibus post ea addita sunt Caesarū, & Augustarū inter Diuos relatorū simulachra, ut Iulij Caesaris, Augusti, Liuiae, Iuliae, Augustae, Drusillae, Claudij, Claudiae, Poppeae, Vespasiani, Titi, Domitillae, Iuliae, Domitiani Caesaris, Neruae, Marcianae, Traiani, Plotinac, Antinoi, Sabinae, Hadriani, Faustinae, Pij. L. Veri, Faustinae filiae, Marci, Cōmodi, Pertinacis, Seueri, Getae, Antonini, Iuliae, Mefae, Alexādri, Māmeae, Paullinae, triū Gordianorū, duorum Philipporū, Decij, & duorū Valerianorum, Marini, Claudij, Aureliani, Cari, Numeriani, Nigriniani, Constantij, Maximiani, Romuli, Galerij, & omnium nouissimi Diocletiani. De quibus singulis, ut occasio erit disseram.

**C** Eorum porrò xii. Deorum, quos praecipuos fuisse dixi, & post Caesaris tempora Diuorum Principum Romanorum simulachra in Circensi pompa super tensas, idest sacra uehicula ferebantur. Haec à diuersis animalium generibus uehebantur, quae à pueris patrimis, & matrimis augustiori veste indutis, recta ducebantur. Macrobius lib. i. Saturn. uehitur simulachrum Dei Heliopolitani ferculo ueluti uehuntur in pompa Ludorum Circensium Deorum simulachra. Erant uerò Tensae sacri currus, super quos Deorum statuae collocatae crant, quae linteis circum circa ad cubjculi, siue delubri speciem tensis cooperiebantur, à quibus etiam Tensas dictas fuisse opinor Sex. Pompeius ex Verrio Flacco. Tensam ait uocari Sinnius Capito, uehiculū quo exuiuae Deorum Ludicris Circēsis in Circum ad puluinare uehuntur. Fuit & ex ebore, ut apud Titinium in barbato, & ex argento. Asconius Pedianus in orationem iii. in C. Verrem, super ea verba Ciceronis. Quam tu uiam Tensarum, & pompae eius modi exegisti. Tensae (inquit) sunt sacra uehicula, pompa ordinum, & Hostiarum

**D** Tensas alij *ἀνά τῆς θέας*. idest à diuinitate dici putant, & sic per *θ* scribitur. Alij quod ante ipsa loca, & linteā tendantur, quae gaudent manu tenere & tangere, qui eas deducunt. Hi veste sumptuosissima amicti erant. Liuius libro v. Romae interim satis iam omnibus, ut in tali re ad tuendam arcem compositis, turba seniorum domos regressi aduentum hostium obstinato ad mortem animo expectabant, qui eorum Curules gesserant Magistratus, ut in fortunae pristinae honorumque aut uirtutis insignibus morerentur, quae augustissima uestis est Tensas ducentibus, triumphantibus, & uestiti medijs ædibus eburneis sellis sedere.

Plutarchus in Coriolano. Romanis Sacrificia, Ludos, & spectacula leui quaque de causa instaurare mos est. Nam olim tensam ducentibus equis, quum unus eorum attonitus reslisset, auriga habenas manu sinistra corripuit, quocirca eam denuo pompam

*Deorum  
maiorum  
parentes.*

*Parcae,  
Musae,  
Gratae.*

*Horae  
Nym-  
phae.  
Heroes.*

*Impera-  
tores.*

*Puelli pa-  
trima-  
trimique.*

*Tensae.*

pam instaurari decretum. Tullius Oratione VII. in Verrem: Omnes Dij qui uehiculis Tenfarum solennes coetus Ludorū initis, uos praccor. Ducebant uerò pompam pueri (ut dixi patrimi, matrimique. Cicero in Oratione, de Haruspicum respondis. An si ludius (inquit) constitit, aut tibicen repente conticuit, aut puerille patrimus, & matrimus, si terram non tenuit, aut tensam, aut torum amisit, aut si Aedilis uerbo, aut si nutu aberrauit, Ludi non sunt ritè facti. Item: Te apello Lentule, tui sacerdotij sunt tensae, curricula, praecentio, Ludi, libationes, epulæq; Ludorum publicorum. Imperatores tensas aliquando duxisse, Tranquillus in Augusto cap. XLIII. scribit, sic: Accidit uotius Circensibus, ut correptus ualetudine Lestica cubans tensas deduceret. Cicero in Verrem Oratione III. Quam in uiam tensarum, & pompae eiusmodi exegisti. Idem Orat. v. Qui ex tensarum orbitis praedare fit ausus & Oratione VII. Omnes Dij qui uehiculis tensarum solennes coetus Ludorum initis. De tensa Iouis Tranquillus in Vespasiano cap. v. Nunciabantur ex Urbe praefagia, Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut tensum Iouis Optimi Maximi, è sacratio in domum Vespasiani, & in Circum deduceret. Dio lib. I. Prodigij loco habitum quod tensa Iouis Equestribus Ludis Romanis est fracta. Et in Caracallo: Romae Ludis Circensibus simulachrum Martis, quod erat habitu triumphali, decidit. Idem libro XLVII. Currus Mineruae ad Capitolium ex Exequestri quodam certamine reuectus confractus est. De Neptuni simulachro Circensi Tranquillus in Augusto, cap. XVI. Alij dictum, factumue eius criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamauerit, etiam inuito Neptuno uictoriam se adepturum, ac die Circensium proximo solenni pompa simulachrum Dei detraxit. Dio lib. XLVIII. Populus Romanus ad spectaculum congregatus. Triumuiros ad pacem cum Pompeio componendam hortatus est, multo eam rem clamore agens, quum nihil proficeret, animo ab ipsis abalienato ad Pompei studium inclinabat, quum alijs factis, tum Ludis Equestribus illatum Neptuni simulachrum multo plausu honorantes, eoq; magnopere delectatus est. Quumq; id per aliquot dies non inferretur lapidatione in magistratus facta, eum foro eiecerunt, Caefarisq; & Antonij statuas disicerunt. Liuius lib. XXXIII. P. Africanus prohibuit, ne decerneretur, ut imago sua triumphali ornata è templo Iouis Optimi Maximi exiret.

Tensa  
Iouis.

T. Martis  
T. Miner  
uae.  
T. Neptu  
ni.

Tensa Caefaris.

Primus omnium Romanorum tensam Circensi pompa cum reliquis Deorum imaginibus, Caefar Dictator obtinuit. Tranquillus in eius uita cap. XXVI. Non enim honores modo nimios Caefar recepit, ut continuum Consulatum, perpetuum Dictaturam, Praefecturam morum, praenomē Imperatoris cognomen patris patriae, Statuam inter Reges, suggestum inter Orchestra, sed & ampliora etiā humano fastigio decerni sibi passus est, sedem auream in Curia, & pro tribunali, Tensam, & Ferculum Circensi pompa, Templa, Aras, Simulachra iuxta Deos, Puluinar, Flaminem, Lupercos, & appellationem Mensis è suo nomine.

Ferculū.

Ferculum porrò erat gestamen, quo pompa deferri solebat, ut idem Tranquillus in Caefare cap. XXXVII. tradit, Pontico triumpho inter pompae fercula trium uerborum praetulit titulum, VENI. VIDI. VICI. hoc est inter pompae triumphalis gestamina: quo nomine continentur simulachra Oppidorum, Spolia hostium, Coronae, Trophaea, Exuuiiae, Machinae, & alia id genus, quae in triumphali pompa ferri solebant. Ita etiam fercula Ludorum, quae in Ludis, & sacrorum quae in sacris ferebantur dicta. Acron refert fercula esse pulpita, super quae Deorum imagines reponebantur in pompa Circensi. Cicero lib. primo. . . Cauendum est (inquit) ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ac similes pomparum ferculis esse uideamur.

Dio lib. XLIII. Statuam quoque tunc eburneam Caefaris, ac post tensam in Circensibus pompis cum Deorum simulachris uehi iusserunt, aliamque imaginem cum inscriptione Dei inuicti in Fano Quirini posuerunt.

Idem





TIMONIEIS ACCVRATA EXPRESSIO ONVPHRJI PANVINILV ERONENSIS INVENTORIS SYMPTV. ET AEREIS TYPE  
 Cum priuilegijs Pontificis, Imperatoris, Regum, Reipublicae Venetae, et Ducum



Augures

XV. uiri sacris faciundis

Virgines Vestales

Reliqui



Fercula

Hostiae

Victimarij



Pueri

Saprica Sabatio



Luculentus Romana equestris




Pedestrisque armata

CIRCVS MAXIMVS



VENETIS ANNO SALVTIS MDLXXII. GREXIII. PAPA.



Senatores

facerdotes

Lictores & uiatores

Reliqui magistratus

Popae

Victimae

Pullarij

Haruspices

Ministri Sacerdotum

Camilli & flaminij

Oppida

Meta

Tubicines

Tubicines

Cytharocedi

Summus magistratus qui pompam ducebat









POMPAE CIRCENSIS A PRISCEIS ROMANEIS FLORENTE IMPERIO MAXIMO APPARITA

Carpentarii

Arma maximi

CONVPHRIVS PANVINIVS  
VERONENSIS AVCTOR

CURRUS

Meta

Luctatores

Pugiles

Quadriga

Moenianum



ATV. ET. RELIGIONE. SOLENNI. RITV. CELEBRATAE. EX. ANTIQVEIS. LIBRORVM. LAPIDVM. ET. NVMMORVM. TES



Pont: max

Pontifices

Flamines



Currus

Tensae



Obeliscus



Cursores

Armata saltatio Viri

Juvenes



Bigae

X





A Idem lib. XLVII. III. viri R. p. c. Caesaris statuam in Equestribus certaminibus cū Veneris simulachro iunxerunt. Et lib. LIII. Augustus iussit, vt in Ludis Romanis, effigies Marcelli mortui aurea, aureaq; corona, & sella curulis in theatrum inferrentur, mediq; inter praefectos ijs Ludis magistratus collocaretur. De Augusti, Liuiæ, & Antoniae Claudij Imperatoris matris Circensis pompæ curribus, Tranquillus in Clau dij Vita, cap. XI. Auiaie Liuiæ diuinos honores, & Circensi pompa currum elephan- torum Augustano similem decernendum curauit, parentibus inferias publicas, & hoc amplius patri Druso Circenses annuos natali die, matri carpentum quo per Circum duceretur, & cognomen Augustæ ab auia recusatum. De Germanici Circensis pom- pæ statua, Tacitus historiarum lib. II. Honores, vt quis amore in Germanicum aut ingenio ualidus reperti, decretiq; vt nomen eius Saliari carmine caneretur, sedes cu- rules, sacerdotum Augustalium locus, superque eas, quæceae coronæ statuerentur, Ludos Circenses eburnea effigies praeiret, neue quis Flamen aut Augur in locum Ger- manici nisi gentis Iuliae crearetur. De Agrippinae Circensis pompæ carpento Tran- quillus in Caligula cap. xv. Inferias matri, & patribus annua religione publicè insti- tuit, & co amplius matri Circenses Carpentumque, quo in pompa traduceretur. De Britannici Circensis statua idem in Tito cap. II. Titus Britannici memor, statuam ei auream in palatio posuit, & alteram ex ebore equestrem quæ Circensi pompa hodie quoq; praefertur dedicauit, persequutusque est. Iulius Capitolinus in Antonio Pio, Tertio anno Imperij sui, Faustinae vxorem perdidit, quæ à Senatu consecrata est, de- latis Circensibus atq; templo, & Flaminicis, atq; statuis aurcis, atque argenteis, quum etiam ipse hoc concesserit, vt imago eius cunctis Circensibus poneretur. Idem in M. Antonino. Iussit ut statuæ tantummodo filio mortuo decernerentur, & imago aurea Circensibus per pompam ferenda, & ut Saliari carmine nomen eius inferretur. De hac pompæ Circenses parte Arnobius lib. IIII. aduersus gentes. Si per imprudentiae lapsus aut in uerbo quispiam aut sympinio deerrarit, aut si rursus in solennibus Lu- dis curriculisque diuinis commissum quid esset, statim religionem sacram inclama- bant: Si ludius constitit, aut tibicen repente conticuit, aut si patrimus ille puer ami- serit per ignorantiam locum, aut terram tenere non potuit, audetis abnuere in delictis tam grauidis uiolari semper à uobis Deos. Quanta maxima potui diligentia ex an- tiquis nomismatibus tenfas omnes & Circensis pompæ sacros currus Deorum, Cae- sarum, & Augustarum ut ex ipforum indicibus liquebit, collegi, ac tribus his tabulis hoc loco ad libri ornatum adieci.

§ Figurae Aeneae. V. X.

Post Tenfas, & simulachra Deorum, hominumque, vndecimi procedebant Arma- maxi, hi erant curruum Scythicorum genera, ex duobus ueluti curribus compositi, & diuersis rebus exornati, vt coronis aureis, thoracibus, clypeis, exuuijs, & similibus.

D Arma. n. cutrus, & maxus, plaustrum significant, demum ferebantur Imperatorum Di- uorum memoriae dicatae sedes aureae, coronae, & exuuiæ.

Duodecimo pompæ loco ibant omnium sacerdotum Collegia, ut Pontifex Maxi- mus, & Pontifices maiores VIII. & minores VII. Flamines xv. tres maiores Dialis, Martialis, Quirinalis, & XII. minores, Volcanalis, Carmentalis, Floralis, Palatialis, Fa- lacer, Fuirinalis, Volternalis, Virbialis, Laurentialis, Luuinalis, Ligularis, aliàs Lu cullaris, & Pomonalis cum suis totidem Flaminicis uirgas oleaginas manibus tenentes, ca- pita apicibus redimita habentes ita,

Rex sacrorum, aliàs sacrificulus cum Regina.

Augurum xv. Collegium.

xv. Viri sacri sacris faciundis cum Magistro.

vii. Viri epulorum.

x. Arma- maxi.

xi. Sacer- dotes.

Flami- nes. Sacerdo- tum no- mina.

M Virgines

Virgines Vestales sex cum virgine Vestali maxima.  
 XXX. Curi ones tum Curione Maximo.  
 Salij XII. cum Magistro. Hi erant sacerdotes Martis qui saltantes incedebant.  
 Virgines Saliæ.  
 Salij Agonenfes aliàs Collini.  
 XX. Fecialium Collegium cum patre patrato.  
 Fratres Aruales.  
 Sodales Titij, aliàs Titienfes.  
 LX. Sacerdotes publici bini ex singulis Curijs.  
 Sodales Augustales, & aliorum postea Imperatorum, qui inter Diuos relati sunt.  
 Luperci panos Lycaei aliàs Inui sacerdotes.  
 Cereris Graeca sacerdos.  
 Galli sacerdotes Deæ Cybeles cum Archigallo.  
 Sacerdotes Deorum singulorum.  
 Antistites templorum.  
 Haruspices.  
 Sacerdotes Bonæ Deæ.

*xij. Magi  
stratus re  
liqui post  
minorem  
Magistra  
tū nomi  
na.*

Novissimum locum tenebant præter eos magistratus qui pompæ ductores erant.  
 Dictator cum Magistro Equitum Reip. tēpore, uel Imperator cum filijs Caesaribus,  
 Consules duo, vel alij magistratus Consulari potestate ut X. viri legum scribenda-  
 rum, Tribuni militum, III. viri Reip. constituenda, Censores duo, & Interrex si tunc  
 creati erāt, Praetores aliquādo XII. aliquādo XV. Urbanus, Peregrinus, de maiestate,  
 de ui, de repetundis uel de peculatu, de crimine inter sicarios, de ambitu, de uenefi-  
 cio, de falso, Cerealis, & Tutelaris præfectus Vrbi, Aediles VI. Curules, Plebis, & Cere-  
 les, Tribuni plebis X. Quaestores Urbani, aliàs Ararij duo Tribuni curatores XXXV.

III. Viri capitales, III. Viri nocturni. III. Viri monetales III. viri viarum curan-  
 darum, X. viri limitibus iudicandis, præfecti aerarij, curatores operum publicarum, cu-  
 ratores aluei Tiberis & cloacharum Urbis, Praefectus praetorio, Praefectus vigilijs,  
 Curatores, & denunciatores regionū XIII. Magistri vicorū Urbis, aduocatus fisci. III.  
 viri legendi Senatus III. viri recognoscendi turmas equitum Romanorum, & eorum  
 ministri & apparatus scribae, accensii precones, lictores, uiaiores, & alij.

De hac pompa Tertullianus in libro de spectaculis: Sed Circensium paulo pom-  
 piosior suggestus, quibus propriè hoc nomen pompa praecedit, quorum sit in semet-  
 ipsa probans de simulachrorum serie de imaginum agmine, de curribus, de tensis, de  
 armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuijs, qualia præterea sacra, quanta sacrificia  
 praecedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot Sacerdotia, quot officia mo-  
 ueantur sciunt homines illius Urbis, in qua daemioniorum conuentus confedit.

*Pompæ  
praefecti.*

Huic pompæ quattuor sacerdotum genera praecerant Pontifices, Augures, XV. ui-  
 ri sacris faciundis, & VII. uiri epulorum, mox ijs additi sunt post Augusti mortem so-  
 dales Augustales. De quibus Tacitus historiarij lib. III. Sed tum supplicationes Dijs, H  
 Ludiq̄ue Magni ab Senatu decernuntur, quos Pontifices, & Augures, XV. uiri, cum  
 VII. uiris simul, & sodalibus Augustalibus ederent. Censuerat L. Apronius, ut feriales  
 quoque his Ludis praesiderent, contradixit Caesar distincto sacerdotiorum iure, &  
 repetitis exemplis, neque enim unquam ferialibus hoc maiestatis fuisse, ideo Augu-  
 stales adiunctos, quia propniū eius domus sacerdotiū esset, pro qua uota solueretur.

Cicero in oratione de Haruspicum responsis. Te apello (inquit) Lentule (is Ponti-  
 fex erat) cuius sacerdotij sunt tenfae, curricula, praecentio, Ludi, libationes.

⊗ Figura Aenea. Y.

Pompa postquam metas circumierat peracta, confestim Consules, siue Dictator,  
 aut Imperator, is scilicet qui maximam tunc habebat potestatem medio in Circo super  
 aras





Popas hostiarum  
viscera auferentes



Sacerdotes qui  
populum lustrant



Victima percussa



Ministri cum canistris carne  
immolanda plenis



Hostia exentrata



Hostia iugulata

Haruspices



Flamines

Augures

Princeps  
sacrificans

Tubicines



Ministri sacrorum



ANTIQUOR

Ex uetustis mon  
ONVPHRIIPAZ  
opera et aeneis f  
COB LXXX G  
Pontificis, cae ar





M. SACRIFICANDI  
 RITVS  
 mentis accuratè expressus  
 VNDI VERONENSIS INVENTORIS  
 mis Venetis Anno salutis  
 M. papa cum privilegij  
 Regum Reipublicae Venetae  
 Ducum





Aras in Spina locatas, imolationem & sacrificium edicebat eorum Deorum Sacerdotibus, quibus id sacrum paratum erat & Haruspibus adstantibus. Hi omnes lotis manibus Victimam aqua pura lustrabāt, motaque earum capita infulis redimita conspergebant; precibus uerò emissis, uotisque nuncupatis, altantes ministros Poppas, & Victimarios eos imolare iubebant. Quorum quidam stantes hostias tenebant, & ab uno Poppa per ostentas, securi in tempora feriebant; alij ilico iisdem in terram cadentibus, cultros sacros gutturi infigebant easdem uictimas contrucidantes, ac mox Corio eis detracto membratim concidebant, delibatisque ex singulis frustis, extis, alijsque membris, primitias eas farina farris obuoluras in canistris offerebant sacrificantibus, quarum reliquias aris impostas igne supposito succendebant, larga manu patentes uinum desuper & thus, & alia odora in infundentes, quæ ex arcula puer nobilis sacrificanti subseruiens Flamini Diali depromebat. Quæ singula in sacrificijs Græcorum factitari solita refert Hometus, Qui manus lauantes Heroas inducit, molisque utentes, ubi sic Canit.

*Dant famuli manibus lymphas, queis salsaque farræ  
Contractent.*

Pilos quoque de capite uictimæ defectos in ignem iecisse, sic ait.

*Ardentesque focos, raptis de uertice uillis*

*Spargit.*

Securis etiam ferientes in frontem, & collapsas manantes, sicut in Eumaci sacrificio.

*Ista graui trunco cadit hostia, moxque cadentem*

*Excipiunt cultro.*

Primitias item extorum desumentes, aliorumque membrorum, easque farre prius imbutas, super altaribus consecrantes, in eodem sacrificio fingit.

*Polline conspersos adipos per singula carpens*

*Inijcit in Flammas Ithacensis.*

Sacrificijs porro ritè peractis, Sacerdotibus, Magistratibus & Ludionibus, quibus que Sessum profectis, illic reliquis Ludis Circensibus opera dabatur: Quorum primum erat certamen curule, id est bigarum, trigarum, & quadrigarum, mox Equestre, scilicet singularum & desultariorum equorum cursus, Olympico more certamine curuli, & equestri finito, tum Gymnicum siue Athleticum inchoabatur, eorum qui corporibus suis certabant, hi erant Curfores, Pugiles, & Luctatores, quo expleto, pompæ simul, & Ludorum finis erat. De hac Circensis pompa Verrius apud Macrobiū libro 1. Saturnalium ita scribit: Quum populus Romanus pestilentia laboraret, essetque responsum, id accidisse, quod Dijs despicerentur, anxiam Urbem fuisse, quia non intelligentur oracula, euenisseque, ut Circensium die puer de cœnaculo pompam superne despiceret, & patri referret; quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti composita uidisset: qui cum rem gestam Senatui nunciasset, placuisse uelari loca ea qua pompa ueheretur, atque ita peste fedata, puerum qui antiquitatem fortis absoluerat, togæ prætextæ usum munus impetrauisse.

At nobis lib. vii. aduersus gentes de hac pompa loquens ait. Ludorum deinde restauratione decreta, & spectaculis adhibitam grauem curam, & priorem populo redditam sanitatem. Et infra: Quis existimat eam sorte generis fuisse diuini quæ quoniam Ludis actus per Circi est spatium, meritorum pœnas & supplicia redditurus, ita exacerbatus ardesceret?

Lactantius totam rem breuissimè lib. ii. de origine erroris, explicat sic: Tit. Atinio homini plebeio per quietem obuersatus esse Iuppiter dicitur, & præcepisse, ut Consulibus & Senatui nunciaret Ludis Circensibus proximum presultorem sibi displacuisse, quod Antonius Maximus quidam, diuerberatum feruum sub furca medio



Circo ad supplicium duxerat, ideoque Ludos instaurari oportere, quod quum ille E  
neglexisset, eodem die filium perdidisse, ipsum aut graui morbo esse correptum, & cū  
rursus eandem imaginem cerneret quærentem satisne penarū pro neglecto imperio  
pendidisset? Lectica delatus ad Consules, & omni re in Senatu exposita, recepisse cor  
poris firmitatem, suisque pedibus domum rediisse. Idem refert D. Augustinus libro  
III. cap. XXVI. de Ciuitate Dei, ex Ciceronis libro primo de Diuinatione, qui ita  
scribit: Quum bello Latino Ludi uotiui Maximi primum fierent, Ciuitas ad arma re  
pente est excitata. Itaque Ludis intermissis instauratiui constituti sunt, qui ante  
quam fierent, quumq; iam populus confedisset, seruus per Circum cū uirgine cede  
retur furcam ferens ductus est. Exin cuidam rustico Romano dormienti uisus est uen  
nire qui diceret præfultorem sibi non placuisse Ludis, idque ab eodem iustum esse  
cum Senatui nūciare, illum non esse ausum. Iterum ad se iustum & monitum, ne vim  
experiri uellet, ne tum quidem esse ausum. Exin filium eius esse mortuum. Tan  
dem in somnijs admonitionem fuisse tertiam. Tum etiam illum debilem factum F  
rem ad amicos detulisse, quorum de sententia lectulo in Curia esse delatum, quum  
que Senatui somnium narrauisset pedibus suis saluum reuertisse. Itaque somnio  
comprobato à Senatu, Ludos illos iterum instauratos memoriæ proditum est.

Hanc pompam Circensem inuere uidetur Cicero oratione VI. in Verrem, quum  
ait: Ludis Circensibus mane apud L. Sifennam uirum primarium cum essent tricli  
nia strata, argentumque expositum in ædibus, pro dignitate L. Sifennæ domus esset  
plena hominum honestorum, accessit ad argentum, contemplari unumquodque o  
tiosè & considerare cœpit.

#### DE VENATIONE QUARTO CIRCENSIVM LVDICRO. Libri Secundi, Cap. III.



ENATIONVM; quæ Ludis Circensibus exhibebantur, quibusq; à be  
stiaris infinitæ feræ occidebantur, omnes ferè ueteres historici me  
minerunt: Quorum præcipuis locis citatis quintū Circense Ludicrum  
expediam. Quum Circensium, & aliorum spectaculorum supersticio,  
affluentibus ob crebras uictorias, & eximiam potentiam Populi Roma  
ni opibus, & diuitijs in uoluptatem & lasciuiam passim sese conuerteret, ueriti præsci  
illi Quirites, ne Ludicrorum multitudo, & diuersitas populum ferocem, & bellicosum  
corrumpere, & à uirtutibus ad uitia præcipiti cursu traderet, ne id eueniret, mul  
tis modis præcauere curarunt. Quare inter reliquas Reip. salutares leges, pro mori  
bus Ciuitatis conseruandis latas, uetus etiam Senatus consultum fuit (ut historiae na  
turalis lib. VIII. cap. XVII. tradit Plinius) ne liceret Africanas bestias in Italiam ad  
uehere. Videbant. n. eiusmodi spectaculis populum ocio, & ignauia lasciuientem  
emarcescere, & omnes curas suas ab externarum gentium uictorijs ad priuatas uolup  
tates conueregere. Contra hoc Decretum Senatus, ad populum tulit Cn. Aufidius  
Tribunus plebis, permisitque Circensium genera importare. Primam uenationem H  
in Circo datam fuisse Verrius tradit L. Caecilio C. F. Merello Pontifice Maximo, &  
C. Furio C. F. Pacilo Cons. Anno Urbis conditæ DII. In qua pugnauerunt elephan  
ti CXLII. qui uictoria L. Metelli Consulis in Sicilia de Poeneis capti ratibus transfue  
rati fuerant, quas doliorum, confertis ordinibus imposuerant. Eos Verrius Flaccus  
iaculis interfectos tradidit penuria consilij, quoniam, neque ali placuisset, neq; dona  
ri Regibus. L. Piso inductos duntaxat in Circum, atque ut contemptus eorum incre  
fceret, ab operarijs hastas præpilatas habentibus per Circum totum actos: nec quid  
deinde ijs factum sit, auctores explicant, qui non putant interfectos, qua ratione eos  
in Circo (ut tradit Verrius) pugnasse crediderim, ibique spiculis necatos.

Elephantos uerò (ut Plinius libro VIII. cap. VI. ex Solini Polyhistoris cap. XXVII.  
refert

S. C. cōtra  
feras &  
uenatio  
nes.

Rogatio  
pro feris  
& uenatio  
nibus.  
Prima  
uenatio.  
Elephāti  
cxliij.

A refert) Italia primum uidit Pyrrhi Regis bello, & boues Lucas appellauit, in Lucania primum uisos anno Urbis conditae CDLXXIII. P. Valerio Leuino, & Ti. Coruncanio Ti. F. Consulibus. Roma autem in triumphis M. Curij Dentati III. Consulibus, & L. Cornelij Lentuli, quos de Pyrrho Rege, Samnitibus, & Lucanis egerunt, quinque annis ad superiorem numerum additis. Feneffella uero eos primum Romae in Circo pugnasse tradit C. Claudij Ap. F. Pulchri aedilitate curuli, M. Antonio M. F. A. Posthumio A. F. Albino Cons. anno Urbis. DCLV. Pedianus autem in orationem in L. Pisonem scribit Ludis Cn. Pompeij Magni, quos secundo Consulatu suo in dedicatione theatri à se fabricati dedit, ipsum elephantorum pugnam primum omnium in Circo dedisse; quod mihi uerosimile non est: nam ex probatissimis Verrij, Pisonisque Annalibus, ante Pompeium magnum eos in Circo exhibitos fuisse ad pugnam costat.

Quando primum Elephanti in Italia.

Quando Elephantorum in Circo pugna.

Venatio M. Nobilioris.

Venatio adiliu Curul.

P. Nasticæ & P. Lentuli. LXIII. Africanae xl. v. v. s. & elephanti.

Q. Mucij venatio primum plures leones in Circo pugnarunt.

Sulle praetoris venatio & leones.

L. M. Lucullorum aedil. venatio.

C. Tauris Elephanti.

Caesaris aedilis venatio.

L. Domitij aedil. venatio.

C. Vrsi Numid. C. venatoris.

M. Sauri aedilis venatio.

Leones, Elephanti vrsi, Pantherae.

Liuius historiarum lib. xxxix. Sp. Posthumio L. F. Albino, Q. Marcio L. F. Philippo, Anno Urbis DLXIX. Ludis quos M. Fuluius M. F. Nobilior bello Aetolico uouerat, in Circo venationem Leonum, & Panterarum prope posterioris saeculi copia, & uarietate datam fuisse scribit. Et libro XLIII. Q. Marcio Philippo II. Q. Seruilio Caepione Cos. Magnificentia crescente, notatum est Ludis Circensibus P. Cornelij Scipionis Naficae, & P. Lentuli Aedilium Curilium LXIII. Africanas, & XL. Vrsos, & Elephantos luisse. Plinius uero lib. VIII. cap. XVI. Leonum simul plurimum pugnam primum Romae in Circo dedisse Q. Mucium P. F. Scaeuolam, qui postea Praetor Maximus fuit, in Curuli Aedilitate C. Mario C. F. IIII. & Q. Lutatio Q. F. Catulo Cons. Anno Urbis DCLII. Solinus cap. xxix. Spectaculum ex Leonibus Romae primum edidit Q. Scaeuola P. F. in Curuli Aedilitate. Centum uero Leonum iuatorum pugnam princeps L. Cornelius P. F. Sulla Felix qui postea Dictator fuit, in Praetura exhibuit Anno Urbis DCLX. C. Coelio Caldo. L. Domitio Cn. F. Ahenobarbo Cos. Seneca libro de Breuitate uitae L. Sulla primus in Circo Leones solutos dedit quom alioquin alligati tunc darentur ad conficiendos eos missis à Rege Boco iaculatoribus.

C. Ceterum quintodecimo anno post P. Seruilio C. F. Vatia Isaurico. Ap. Claudio C. F. Pulchro Cons. L. & M. Liciniorum, Lucullorum Aedilitate curuli multorum elephantorum aduersus tauros pugna in Circo data fuit. Plinius lib. VIII. cap. VII. Caesar qui postea Dictator fuit, Aedilis factus, L. Aurelio, M. F. Cotta, L. Manlio. L. F. Torquato Cons. anno Urbis DCXXCIX. praeter comitium ac forum, basilicisque, etiam Capitolium ornauit porticibus ad tempus extructis, in quibus abundante rerum copia pars apparatus exponerentur: Venationes autem, Ludosque, & cum Collega, & separatim edidit; quo factum est, ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet. Tranquillus in Caesare cap. x. & cap. LXXV. Afranius, & Faustus bestias quoque munus populi à Caesare comparatas trucidauerunt. Plin. libro XXXIII. cap. III. Caesar qui postea Dictator fuit, primus in Aedilitate munere patris funebri omni apparatu argenteo usus est, ferasque argenteis uasis tum primum uti uisas, M. Pupio M. F. Pisone Caesonino, M. Valerio M. F. Messalla Cons. Anno Urbis DCXCIII. xiiii. Kalen. Octobris, L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Aedilis Curulis,

D. Vrsos Numidicos centum, & totidem venatores Aethiopes in Circo dedit, quod Spectaculum inter memorabiles titulos annotatur, ut Annalibus Romanis, & Solini Polyhistoris cap. xxviii. proditum esse scribit Plinius lib. VIII. cap. xxxvii. ubi animaduersione dignum, num sit legendum, Leones Numidicos ex antiquo eius argenteo nummo, in quo Leonum venatio percussa est. Quare etiam Plinius miratur adiectum Numidicos, fuisse, quum in Africa Leones, Vrsos non gigni constet. Memorabili autem M. Aurelij M. F. Sauri Aedilitate L. Calpurnio, L. F. Pisone, A. Gabini, A. F. Consulibus Anno DCXCVI. venationes multae in Circo datae, & ferae insolitae Romae uisae sunt. Nam praeter Leonum, Elephantorum, Vrsorum, Pantherarum, & aliarum ferarum, quas exhibuit pugnas, Pantheras quoque omnium primus

mus



*Crocodil-  
li v.  
Hippopo-  
tamus.* mus CL. in Circo misit. Plin. lib. VIII. cap. XVII. Crocodillos simul quinque. & Hip-  
 potamum animalia Ægyptia temporario Euripo Populo Romano in Circo Aedili-  
 tatis suae Ludis exhibuit M. Scaurus. Plinius libro VIII. cap. XXVI. ex Solino cap.  
 XXXIII. qui cap. XXXVI. auctor est M. Scaurum in Aedilitate ossa eius monstri ma-  
 rini cui Andromeda in Siria exposita fuit, inter alia miracula Romae publicasse.  
 Cuius costa excefferunt singulae pedes quadraginta. Excelsitas eminentior Ele-  
 phantis Indicis. Cn. Pompeio Cn. F. Magno II. M. Licino P. F. Craffo II. Cons.  
 Anno Urbis DCXCIX. Idem Pompeius princeps omnium Romanorum theatri  
 permanfuram sedem (quod ante id tempus temporaneum extruebatur) titulo tem-  
 pli, & graduum Veneris genetricis aedificauit, ut Pedianus in Orationem in L. Pifo-  
 nem tradit, in cuius dedicatione Ludos apparatusimos fecit, de quibus Cicero in L. Pi-  
 sonem, Instant (inquit) post hominum memoriam apparatusimi, magnificentissimiq;  
 Ludis, quales non modo nunquam fuerunt, sed nec quo modo fides fieri post hac pos-  
 sit, non possum ullo modo suspicari. Subijcit Pedianus, Cn. Pompei Ludos significat,  
 quibus theatrum ab se factum dedicauit, quibus Ludis Elephantorum pugnas pri-  
 mus omnium dedit in Circo. ira ille. His Ludis uariarum serarum, quae antea in Vr-  
 be raro uisae fuerunt, maximae uenationes datae, de quibus quid apud ueteres anteo-  
 res inuenerim, adijciam. Dedicatione (inquit lib. VIII. cap. VII. Plinius) templi Vene-  
 ris uictricis, Cn. Pompeio II. & M. Craffo II. pugna uere in Circo XVII. aut (ut qui  
 dam tradunt) XX. Elephantis, (vel ut Dio lib. XXXIX. tradit XIX. Gaetulis ex aduer-  
 so iaculantibus mirabili unius dimicatione, qui pedibus confossis, repfit genibus in  
 cateruas, arrepta scuta iaciens in sublime, quae decidentia uoluptati spectantibus e-  
 rant, in orbem circumactae uelut arte non furore beluae iacerentur. Magnum & in  
 altero miraculum fuit, uno ictu occiso pilum sub oculo aductum in uitalia capitis  
 uenerat: Vniuersi eruptionem tentauerunt, non sine uexatione populi circumdati cla-  
 thris ferreis. Qua de causa Caesar Dictator postea simile spectaculum editurus, Eu-  
 ripis harenam circudedit, quos Nero princeps fustulit, Equiti loca addens. Sed Pom-  
 peiani amissa fugae spe, misericordiam vulgi inenarrabili habitu, quaerentes, suppli-  
 cauere, quadam sese lamentatione complorantes, tanto populi dolore, ut oblitus Im-  
 peratoris, ac munificentiae honori suo, exquisitae, flens uniuersus confurgeret, diras-  
 se Pompeio, quas ille mox luit poenas imprecaretur. Hos Pedianus primos fuisse  
 scribit qui in Cicero pugnauerint. Seneca lib. De breuitate uitae. Ferunt Pompeium  
 primum in Circo Elefantorum duo de uiginti pugnam edidisse commissis more  
 praelijs noxijs hominibus. Idem Pompeius primus omnium in Circo DC. Leones  
 exhibuit, ac in his iubaros CCCXV. (quos Dio lib. XXXIX. d. fuisse scribit, quinque  
 dierum spacio confectos.  
 Plinius lib. VIII. cap. XVI. Idem CDX. Pantheras ad pugnam dedit. Plinius libro  
 VIII. cap. XVII. Iisdem Ludis Chaus, quem Galli Rhapsium uocabant, effigie Lupi  
 Pardorum maculis aspersum Romae primum in Circo uisus est. Quibus etiam Ro-  
 ma Cephos primum, & nouissime uidit. Hoc animal ex Æthiopia adductum fuit,  
 quarum pedes posteriores pedibus humanis, & cruribus prioribus manibus fue-  
 re si-  
 miles. Hoc animal (scribit lib. VIII. cap. XIX. Plinius) postea Roma non uidit.  
 Solinus cap. XXXII. Iisdem temporibus Romae exhibita monstra sunt. Cephos ap-  
 pellant, quorum posteriores pedes cruri, & uestigio humanos artus mentiuntur, prio-  
 res perinde hominum manus referunt, quae tamen a nostris non amplius quam semel  
 uisa sunt. Iisdem Ludis Rhinoceros unius in nare cornu primum uisus fuit. Quem  
 deinceps saepe populus Romanus aspexit. Hostijs maximus elephanto genitus, cor-  
 nu a saxo limato praeparat se, pugnae in dimicatione alium maxime petens, quem  
 scit esse molliotem. Longitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus. De cu-  
 ius fortitudine extant Martialis lepida Epigrammata lib. I.

A Praesitit exhibitus tota tibi Caesar harena  
 Quae non promisit praelia Rhinoceros.  
 O quam terribilis exarsit pronus in iras,  
 Quantus erat cornu cui pila taurus erat.  
 Item aliud eodem libro.  
 Sollicitant pauidi dum Rhinoceroa magistri  
 Seque diu magnae colligit ira ferae.  
 Desperabantur promissi praelia Martis,  
 Sed tamen is redijt cognitus ante furor,  
 Namq; grauem gemino cornu sic extulit rursus  
 Laetatur ut impositas taurus in astra pilas.

Et lib. XIII. Apophoretorum.

Nuper Ausonia Domini spectatus arena

B Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

Solinus cap. XXXII. Ante Ludos Cn. Pompeij Rhinoceroa Romana spectacula nesciebant. Cui bestia in naribus cornu unicum & repandum, quod subinde attritum cautibus in mucronem excitat, eoque aduersus Elefantos praeliatur, pari ipse propè longitudine, breuior cruribus, naturali filo aluum petens, solam intelligit ictibus suis peruiam. In eadem Pompeij magni harena Lupus Ceruarius è Gallia adductus primum in Vrbe uisus. Plin. lib. VIII. & XXII. Plutarchus in Pompeio: Pompeius constructo Theatro in eius consecratione musicum agona exhibuit, uenationes praeterea quibus quingenti Leones caesi, & Elefantès, horrendo & diro spectaculo. De Pompeij Ludis est accurata Epistola M. Ciceronis in Familiaribus ad M. Marium cuius parem ad praesens argumentum opportunam adijciam. Ait autem: Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas ualeitudinis tuae tenuit, quo minus ad Ludos uenires fortunae magis tribuo quam sapientiae tuae.

C Magnificentissimi & admodum memoratu digni fuere hi Ludi quos C. Caesar Dictator, cõsecratis bellis ciuilibus, se III. & M. Æmilio M. F. Lepido anno Urbis DCCVIII. populo exhibuit. De quibus Tranquillus in eius uita, cap. XXXXIX. Edidit (inquit) spectacula uarij generis, Munus gladiatorum, Ludos etiam regionatim Vrbe tota, & quidem per omnium linguarum histriones, Circenses, Athletas, & Naumachiam. Circensibus spacio Circi ab utraq; parte producto, & in girum Euripi addito, quadrigas, bigasque, & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes, Troiam ludit turma, duplex maiorum, minorum uè puerorum. Venationes editae per dies quinque, ac nouissime pugna diuisa in duas acies, quingenis perditibus, Elefantis uicenis tricenis equitibus, hinc, & inde commissis. Nam quo laxius dimicaretur sublatæ metæ, inque earum locum bina castra ex aduerso constituta erant. Plin. lib. VIII. c. VII. Pugnaverunt Caesare Dictatore tertio Consulatu eius uiginti Elephanti, contra pedites quingentos. Iterum totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus eodem quo priores numero peditum, & pari equitum ex aduerso dimicante, postea singuli Principibus Claudio, & Nerone in consumatione gladiatorum. Idem c. XVI. lib. VIII. Caesar Dictator III. suo Consulatu Circensibus CCCC. Leones exhibuit, & cap. XVIII. ex Solini polyhistoris cap. XXXII. Camelorum aliqua similitudo in duo transfertur animalia, Nabin Æthiopes uocant, collo similem equo, pedibus & cruribus, boni, camelino capite, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, unde appellata Camelopardalis. Dictatoris Caesaris Circensibus Ludis primum uisa Romae, ex eo subinde cernitur, aspectu magis, quam feritate cõspicua, quare etiam ouis ferae nomen inuenit. Eandem rem ita tradit Dio libro XLIII. Caesar Camelopardalim primum Romae exhibuit. Id animal Camelo simile, nisi quod membrorum non eandem ubique proportionem seruat, partes eius posteriores humiliores sunt à clunibus paulatim

Venationes et Ludi Caesaris. Dictatoris.

Pugna hominū d. & Elephatorū xx.

xx. Turriti Elephanti cum d. peditibus. Leones cccc. Cameloopardalis alijs habitis.



tim erigitur, uideturque quasi ascendere, quumque diu iam altius subinde factum est, E reliquam corporis partem prioribus pedibus eleuat, collo uerò sua peculiaris altitudo adest, colore ut pardalis uariiegato, unde nomen illi est ex Camelo, & Pardali inditum. M. Varro lib. VIII. Camelus suo nomine Syriaco in Latium uenit, ut Alexandria Camelopardalis nuper adducta quod erat figura ut Camelus, maculis, ut Panthera.

*Tauri.* Plin. lib. VIII. cap. XLV. Tauris in aspectu generositas, torua fronte, auribus fetosis, cornibus in procincto dimicationem poscentibus, sed tota cominatio prioribus in pedibus stat ira gliscente, alternos replicans, spargensque in altum harenam, & solus animalium eo stimulo ardescens. Vidimus de imperio dimicantes, & ideo demostratos rotari cornibus cadentes excipi, iterumque resurgere modo iacentes ex humo tolli, bigarumque etiam cursu citato uelut aurigas insistere. Thesalorum gentis inuentum est, equo iuxta quadrupedante cornu intorta, ceruice tauros necare. Primus id spectaculum dedit Romae Caesar Dictator. De his Ludis M. Cicero Cornificio scribens: Equidem inquit sic iam obdurui, ut Ludis Caesaris nostri æquissimo animo uiderem T. Plancum, audirem Laberij, & Publij poemata, Plutarchus in Bruto. Occiso Caesare Brutus Romam redire non ausus, statuit, ut eo absente Ludi fierent magnifici & sumptuosi. Quum. n. plures Elephantos emisset, eos iussit exponi & parçẽ nihil exhiberi, sed profusẽ.

*Augusti  
Caesaris  
uenatio-  
nes.*

*Augusti  
L. cubito-  
rum.*

*Tigris  
mansue-  
facta.  
Rhinoce-  
ros. Hip-  
potamus.*

*CCC. uis  
CCC. Afri-  
canae.  
Ludi Ger-  
manici.  
CC. Leo-  
nes.  
CDXX.  
Pãthera.  
Ludi L.  
Domitij.*

*Caï ue-  
nationes.*

*CCCC. vr  
sa.  
CCCC. Fe-  
rae Afri-  
canae.*

*De Clau-  
dij uena-  
tionibus.*

De Diui Augusti uenationibus Tranquillus cap. XLIII. Aliquando nihil praeter uenationem edidit. Et infra: In Circo (inquit) Aurigas, Cursores, confectoresque ferarum, & nonnunquam ex nobilissima iuuentute produxit. Et paulò post: Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inusitatum, dignumque cognitu aduectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare, ut Rhinocerotem apud Septa, Tigrim in Scana; Anguem quinquaginta cubitorum pro Comitio. De ea Tigri Plinius libro VIII. cap. XVII. D. Augustus Q. Ælio Tuberone, & Paulo Fabio Maximo Cons. anno Urbis DCCXLIII. IIII. Nonas Maij, Theatri Marcelli dedicatione, Tigrim, primus omnium Romae ostendit in cauea mansuefactam. Tigrim Hyrcani, G & Indi ferunt animal uelocitatis tremendae, & maxime cognitae dum capitur.

Dio libro LI. Ludis Augusti multae ferae, ac animalia, & inter hæc Rhinoceros, & Hippopotamus tunc primum uisi Romae, & occisi sunt. Rhinoceros est animal Elephantò simile, cornu extra nasum prominens habens, à quo suum nomen inuenit.

Et lib. LIII. Augusti tempore innotuit P. Seruilius, qui Ludis quibusdam Vrsos CCC. & totidem Africanas beluas interfecit. Idem libro LV. Germanicus Ludis Martialibus in Circo CC. Leones occidit. Idem Augustus Circensibus Ludis CDXX. Pantheras exhibuit, ut Plinius lib. VIII. cap. XVII. tradit. Tranquillus in Nerone, cap. IIII. L. Domitius Cn. F. Neronis Imp. auus Præturae Consularisque; honore, uenationes & in Circo, & in omnibus Urbis Regionibus dedit. De suorum temporum uenationibus Liius lib. XLIII. Mos erat tum Circensium Ludicorum nondum hac effusione inducta, bestiis omnium gentium Circum complendi, spectaculorum uaria conquirere genera.

De Caii Caesaris Calgulæ uenationibus Tranquillus in Caio cap. XVIII. Edidit H & Circenses plurimos. à mane usque ad uesperam, interiecta modo Africanarum uenatione, modo Troiae decursione.

Dio in Caio lib. LIX. Caius natali suo die uenationem dedit, Vrsae quadringentae, ac totidem aliae ferae Africanæ sunt interfectae. Patricij pueri Troiam luserunt. Et alibi: Caius natali die Drusilla, biduo populo spectacula praebuit, equestria, & uenationes, primo die CCC. Vrsas occidit, postridie totidem Africanas feras.

De Claudij uenationibus Tranquillus in Claudio, cap. XXI. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus uenatione, ac super quadrigarum certamina Troiae Lusum exhibuit, & Africanas conficiente turma equitum Praetorianorum, ducibus Tribunis, ipsoque praefecto. Praeterea,

Thesalios

**A**Thessalos Equites, qui feros tauros per spacia Circi agunt, insiliuntque defessos, & ad terram cornibus detrahunt. Elefantos pugnasse Ludis Circensibus Claudij in confumatione gladiatorum refert Plinius, lib. VIII. cap. VII. qui libro eodem capite XVII. tradit Claudium Imperatorem primum omnium quattuor simul Tigres mansuetas ostendisse. Dio lib. LX. in Claudio. In Circo semel Cameli, & XII. equi certarunt Vrsae CCC. Toridemq; Africae ferac trucidatae sunt. Plin. lib. VIII. cap. XIII. Faciunt his fidem in Italia serpentes appellati Boae in tantâ magnitudine exeuntes, ut D. Claudio Principe occisae in Vaticano solidus in ventre spectatus sit infans.

De Neronis uenationibus Tranquillus in Nerone cap. IIII. Refert Neronis Imperatoris auum L. Domitium Ahenobarbum, qui sub Augusto omnibus magistratibus functus est Praeturae, Consulatusque honore, Equites Romanos, matronasq; ad agendum mimum in scenam produxisse, uenationesque, & in Circo, & in omnibus Urbis regionibus dedisse, & cap. VII. Nero edidit pro Claudij salute Circenses & uenationem. Plinius lib. VIII. cap. VII. auctor est, singulos Elefantos Ludis Neronis Circensibus in confumatione gladiatorum pugnasse. De quibus Tranquillus cap. XII. Exhibuit ad ferrum etiam quadringentos Senatores, sexcentosq; Equites Romanos, & quosdam fortunae, atq; existimationis integrae ex iisdem ordinibus, confectoresq; ferarum, & uaria harenae ministeria. Dio lib. LXI. in Nerone spectaculum Nero edidit, in quo homines equis infidentes magno cursu, atque impetu in tauros facto, eos occiderunt, Tum ab equitibus stipatoribus corporis Neronis CCC. Vrsi, & CCC. Leones hastis transfixi sunt, virique equestris ordinis XXX. munus gladiatorum obierunt. Et infra: Elephantum, qui cursum Augusti egerant in Circum ingressi, cum eo usq; ubi Senatores sedebant uenissent, non ultra progressi, constiterunt.

De Titi uenationibus Tranquillus in Tito, cap. VII. Dedit & nauale praelium in veteri Naumachia, ibidè & gladiatores, atq; vno die quinque millia omne genus ferarum. Et in Domitiano cap. IIII. uenationes, gladiatoresque noctibus ad lychnos dedit, Nec uirorum modò pugnas, sed & feminarum.

De cuius uenationibus, & feris exhibitis extant aliquot Martialis Epigram. lib. I.

## De Vrso.

*Princeps sanguinea dum se rotat Vrsus harena  
Implicitam visco perdidit ille fugam.  
Splendida iam telto cessent venabula ferro,  
Nec volet excusa lanca torta manu  
Dependat vacuo venator in aere praedana  
Si captare feras aucupis arte placet.*

## De Tauro.

*Raptus abit media quod at acethera taurus harena  
Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.  
Vexerat Europem fraterna per aquora taurus,  
At nunc Alcidem taurus in astra tulit  
Caesaris, atque Iouis confer nunc stemma iuuentus.  
Par anus, ut tulerint, altius iste tulit.*

## De Tigride, &amp; Leone.

*Lambere securi dextram consueta magistri  
Tigris ab Hyrcano gloria rara iugo,  
Saena ferum rabido lacerauit dente Leonem  
Res noua non nullis cognita temporibus.  
Ausus est tale nihil siluis dum vixit in altis  
Postquam inter nos est plus feritatis habet.*

*Quattuor  
Tigres  
mansuetas  
clas.  
Equi cum  
Camelis.  
CCCC. vrsae.*

*CCCC. Africanæ.  
Boae serpentes.  
Neronis uenationes.*

*Homines cum Tauris.  
CCCC. vrsi.  
si.  
CCC. Leones.*

*Titi uenationes.  
V. millia  
Ferae occisae.  
Domitiani uenationes.*



## De Elephante, &amp; Tauro.

Qui modo per totam flammis stimulatus harenam  
Sustulerat raptas taurus in astra pilas  
Occubuit tandem cornuto ardare petitus  
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

## De Leone à femina occiso.

Belliger inuictis quod Mars tibi saeuit in armis  
Non satis est Caesar, saeuit & ipsa Venus.  
Prostratum Nemees, & vasta in Valle Leonem  
Nobile, & Herculeum fama canebat opus.  
Prisca fides taceat, nam post tua munera Caesar,  
Hac iam foeminea vidimus acta manu.

## De Carpophoro Vrsum Occidente.

Summa tuae Meleagro fuit quae gloria famae  
Quantula Carpophori portio suffus aper.  
Ille, & praecipiti venabula condidit Vrsu,  
Primus in Arctoi qui fuit arce Poli  
Strauit, & ignota spectandum mole Leonem  
Herculeas potuit qui decuisse manus.  
Et volucrem longo porrexit vulnere Pardum  
Praemia cum laudis ferret adhuc poterat.

## De Carpophoro Tauros duos occidente.

Dorica quam certo venabula dirigit ictu  
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori,  
Ille tulit geminos facili ceruice iuuenos,  
Illi cessit atrox bubalus, atque bison.  
Hunc Leo cum fugeret, praeeptis in tela cucurrit,  
I nunc, & lentas corripit turba moras.

## Item.

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse Theatro  
Dicitur, exhibuit Caesar harena tibi.  
Repperunt scopuli, mirandaque silua cucurrit  
Quale fuisse nemus creditur Hesperidum  
Affuit immixtum pecudum genus, omne ferarum,  
Et supra vatem multa pependit auis.  
Ipse sed ingrato tacuit laceratus ab Vrsu  
Hac tamen ut res est facta, ita facta alia est.

Dio refert Traianum bello Dacico confecto, & Decebalo Dacorum Rege occiso, spectacula magnifica per centum, & uiginti tres dies Romae edidisse. In quibus caesae sunt ferae mansuetevè bestiae mille, interdum & decem millia, quae partim ferae, partim mansuetae erant, & innumerabiles gladiatores decertasse.

Aelius Spartianus in Hadriano. Gladiatorum (inquit) munus per sex dies continuos exhibuit, & mille feras natali suo edidit. Athenis quoque mille ferarum uenationem in Stadio exhibuit, ab Urbe nunquam ullum uenatorem scenicum auocauit. In Circo multas feras, & saepe centum Leones interfecit. Militares Pyrrhicas populo frequenter exhibuit.

Dio. Traianus Hadrianus spectacula suo natali die populo gratis dedit, ubi ita magnus bestiarum numerus caesus est, ut simul Leones centum, ac totidem Leona confectae fuerint.

Julius Capitolinus in Pij uita: Edita munera in quibus Elephantos, Crocutas, Tigrides,

Traiani  
venatio-  
nes.  
x. millia  
bestiarum  
caesa.  
Hadriani  
venatio-  
nes.  
∞. Ferae.  
C. Leones

C. Leones  
C. Leones.  
Pij uena-  
tiones.

**A**Tigrides, Rhinocerotas, Crocodilos etiam, atq; Hippopotamas, & omnia ex toto Orbe terrarum cum Tigridibus, exhibuit, centum etiam Leones una missione edidit.

Eutropius lib. viii. in Marco Imperatore: In datione munerum post uictoriam, adeo magnificus fuit, ut centum simul Leones exhibuisse tradatur.

Lampridius in Commodo: Ferarum autem diuersarum manu sua occidit multa millia, ita ut & Elephantos occideret, & hæc sæpe spectante Populo Romano fecit. Fuit autem ualidus ad hæc, aliàs debilis, & infirmus. Virium autem ad conficiendas feras tantarum fuit, ut Elephantos centum transigeret, & orygis cornu hasta transfunderet, & singulis i&ibus multa millia ferarum ingentium conficeret. Herodianus lib. i. Commodus aurigando, bestijsq; conficiendis supra modum exercebatur, ob quæ studia adulatorum eum fortitudinis gloria celebrabant.

Et de Seueri Imperatoris Ludis, & Venationibus idem Herodianus lib. iii. Seuerus Imperator popularis esse in primis uolebat edendis omnifariam magnificentissimis spectaculis, centenis etiam saepenumero occisis beluis, quas omnibus regionibus conquirebat, sed & Congiaria dedit uberrima, & certamen proposuit undiq; accitis Ludionibus, atq; Athleticis.

Julius Capitolinus in vita Gordiani senioris: Quæsturam magnificentissimè gessit, Aedilitatis suæ tempore xii. Populi Romani munera, idest per singulos menses singula de suo exhibuit, ita, ut gladiatorum nonnunquam quingenta paria exhiberet, nunquam minus centenis quinquagenis. Feras Lybicas una die centum exhibuit, Vrsos una die mille. Extat silua eius memorabilis, quæ picta est in domo rostrata Cn. Pompeij, quæ ipsius, patris eius, & proauis fuit, quam Philippi temporibus Fiscus inuasit: in qua pictura etiam nunc continentur Cerui palmati ducenti mixtis Britannis, equi feri xxx. oues ferae c. Alces x. Tauri Cybiratici, aliàs Cyprici c. Struthiones mauri miniati ccc. Onagri xxx. Apri cl. Ibices cc. Damae cc. Hæc autem omnia populo rapienda concessit die muneris quod sextum edebat.

**C** Julius Capitolinus in vita Gordiani iunioris: Fuerunt (inquit) sub Gordiano Romæ Elephanti xxxii. quorum Gordianus xxii. miserat, Alexander x. Alces x. Tigres x. Leones mansueti lx. Leopardi mansueti xxx. Belbi, idest Lienæ x. aliàs l. Gladiatorum fiscalium paria mille, Hippopotamus, & Rhinoceros unus, Archoliontes x. Camelopardali x. Onagri xx. equi feri xl. & cætera eiusmodi animalia innumera, & diuersa, quæ omnia Philippus Ludis saecularibus, uel dedit, uel occidit. Has autem omnes feras mansuetas, & præterea efferas parabat ad triumphum Persicum, sed uotum publicum nihil ualuit: nam omnia hæc Philippus exhibuit saecularibus Ludis, & muneribus atq; Circensibus cum millesimum ab Vrbe condita annum in Consulatu suo, & filij sui celebrauit.

Trebellius Pollio in Gallieno: Interfectis sanè militibus apud Byzantium, Gallienus quasi magnum aliquid gessisset, Romam cursu rapido conuolauit, conuoatisq; Patribus, Decennalia celebrauit nouo genere Ludorum, noua specie pomparum, & exquisito genere uoluptatum. Et paulò post: Quum taurum ingentem in harenam misisset, exissetque ad eum ferendum uenator, neque productum decies potuisset occidere. Coronam uenatori Gallienus misit, mussitantibusque cunctis, quid rei esset, quod homo ineptissimus coronaretur, illi per Curionem dici iussit. Taurum toties non ferire difficile est.

Fl. Vopiscus in Aureliano: Princeps igitur totius orbis Aurelianus pacatis per Occidentem Gallis, atque undique circumactis terris Romam iter flexit, ut de Zenobia, & Tetrico, hoc est de Oriente, & Occidente triumphum Romanis oculis exhiberet. Non ab re est cognoscere qui fuerit Aureliani Triumphus, fuit enim speciosissimus. Currus Regij tres fuerunt in his unus Odenati, argento, auro, gemmis operosus, atq; distinctus. Alter, quem Rex Persarum Aureliano dono dedit, ipse quoq; pari opere

*C. Leones**Marci venationes. C. Leones Commodi venationes.**Seueri venationes.**Gordiani senioris venationes. D. Gladiatorum paria. Ferae Lybicae C. Vrsi 100. Amplissima venatio.**Gordiani iunioris venationes.**Apparatus Gordiani iunioris.**Aug. Philippi venationes Ludis saecularibus. Gallieni venationes.*



fabricatus. Tertius, quem sibi Zenobia composuerat, sperans se Urbem Romanam E cum eo uisuram, quod illam non sefellit, nam cum eo Urbem ingressa est uicta, & triumphata. Fuit alius currus, quattuor ceruis ductus, qui fuisse dicitur Regis Gothorum, quo ut multi memoriae tradiderunt, Aurelianus Capitolium inuectus est, ut illic cederet ceruos, quos cum eodem curru captos uouisse Ioui Optimo Max. ferebatur.

*Feræ An  
reliant  
Imp.*

Præcesserunt Elephanti xx. mansuetæ feræ Lybicae, Palestinae, diuersae CC. quas statim Aurelianus priuatis donauit, ne fiscum annonis grauarct, Tigrides quattuor, Camelopardali, Alces, cætera talia per ordinem ducta, gladiatorum paria octingenta, præter captiuos gentium Barbararum. Sequentibus diebus datae sunt populo uoluptates Ludorum Scenicorum, Ludorum Circensium, Venationum, Gladiatorum, Naumachiae.

*Probi ve  
natio ma  
gna.*

Idem in vita Probi Imperatoris: Venationem in Circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus spectaculi fuit tale; Arbores ualidae per milites radicibus vulsae connexis latè longèque trabibus affixae sunt, terra deinde superiecta, F totusque Circus ad siluæ confitus speciem gratiam nobis uiroris obtulit. Immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille Cerui, mille Apri, mille Damae, mille Ibices, oues feræ, & cætera herbatia animalia, quanta uel ali potuerunt, uel inueniri. Immissi deinde populares, rapuit unusquisque quod uoluit.

*Alia ve  
natio Pro  
bi in An  
phitheatro.  
Numerus  
ferarum.*

Addidit alia die in Amphitheatro una missione centum iubatos Leones, qui mugitibus suis tonitrua excitabant, qui omnes contificijs interempti sunt, non magnū præbentes spectaculum cum occidebantur. Neq; enim erat bestiarum impetus ille qui esse ab eis egredientibus solet. Occisi sunt præterea multi, qui dirigere uolebant, sagittis, sed ibidem immisi centum Leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum Laenae & Vrsi simul trecenti, quarum omnium ferarum magnum constat spectaculum fuisse quam gratum; Edita præterea gladiatorum paria CCC. à Blemijs, plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti, plerisque Germanis, & Sarmatis, nonnullis etiam latronibus Isauris.

*Carini ve  
natio.  
Ludi Ro  
mani ma  
gnificen  
tissimi.*

Idem Fl. Vopiscus in vita Carini Imperatoris: Memorabile maximè, & Carini, & Numeriani hoc habuit Imperium, quod Ludos Romanos nouis ornatos spectaculis dederunt, quos in palatio circa porticum stabuli pictos uidimus: nam & Neurobatem qui uelut uentis cothurnatus ferretur exhibuit, & Tichobatem, qui per parietem vrsu clauso cucurrit, & vrsos in Circum agentes, & item centum Salpistas uno strepitu concincentes, & centum Camptaulas, Choraulas centum, etiam Pithaulas centum, Pantomimos, & Gymnicos mille, paegma. Præterea, huius flammis scaena conflagrauit, quam Diocletianus postea magnificentiore reddidit. Mimos præterea undique aduocauit, exhibuit & Ludum Sarmaticum, quo dulcius nihil est. Exhibuit Cyclopem adornatum, & Græcis artificibus, & gymnycis histrionibus, & musicis, aurum, & argentum donata, & uestis serica. Sed hæc omnia nescio quantum ad populum gratiae habeant, nullius certè sunt momenti apud principes bonos, Diocletiani denique dictum fertur, quum ei rationalis quidem suus edulionem Cari laudaret, dicens multum placuisse principes illos caussa Ludorum Theatralium, Ludorumq; Circensium. Ergo (inquit) benè vsus est Imperio suo Carus.

*Diocletia  
ni venat  
iones.*

Idem de Diocletiano loquens scribit. Quum omnibus gentibus aduocatis Diocletianus daret Ludos, parcissimè usus est liberalitate, dicens castiores oportere esse Ludos spectante Censore. Veteres Romani miram in capiendis bestijs pro muneribus exhibendis diligentiam adhibebant. M. Caelius Aedilis curulis Ciceroni Proconsularum Ciliciæ gerenti negotium dedit capiendi Pantheras quum ait: Fere litteris omnibus tibi de Pantheris scripsi. Turpe tibi erit Patiscum Curioni decem Pantheras misisse, te non multis partibus plures, quas ipsas Curio mihi, & alias Africanas decem donauit, ne putes illum tantum prædia rustica dare scire. Tu si modo memoria teneres,

A teneres, & Cybiraus arcessicris, itemq; in Pamphylia litteras miseris (nam ibi plures capi aiunt) quod uoles efficies. Hoc uehementius laboro nunc, quod seorsum à collega puto mihi omnia paranda, Amabo te, impera ibi, hoc cura. Soles libenter ut ego maiorem partem nihil curare. In hoc negotio nulla tua nisi loquendi cura est, hoc est imperandi, & mandandi, nam simulatq; erunt captæ, qui alant eas & deporent habes eos quos ad Sirtianam syngropham misi, &c. Cui Cicero in Epistolis familiaribus ita respondet. De Pantheris per eos qui uenari agitur mandato meo diligenter, sed mira paucitas est, & eas quæ sunt, valde aiunt quæri, quod nihil cuiquam insidiarum in mea prouincia nisi siti fiat. Itaq; constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere. Sed tamen sedulo sit, & in primis à Patisco.

Symmachus Praefectus in Epistola ad Imperatores Theodosium seniore, & Arcadium filium Augustos. Ergo quum expectari munera principum soleant, nunc accita uenerunt, Praetereo illam diem, quo Elephantos Regios per conferta agmina Equorum nobilium pompa praecessit. Malo fremitum Marciae Vallis exponere, atq; illam quadrigarum distributionem, in qua sibi quum fortunatior uideretur, cui electionem mox urna tribuebat, par, uel potior erat, quem fors fecisset extremum.

De uenatione ferarum extant titulo XI. libri XV. Codicis Theodosiani Rescripta duo, quorum exempla eiusmodi sunt,

*De Circensibus, & uenationibus sub Theodosio.*

*Leges de uenationibus.*

Imp. Honorius, & Theodosius iunior Augg, Mauriano Comiti domesticorum, & uices agentis Magistris militum.

Occidendorum Leonum cunctis fecimus potestatem, neque aliquando finimus quemquam calumniam formidare, quum & salus nostrorum prouincialium uoluptatibus nostris necessario praeponatur, & hæc ipsa propria uoluptatis intercludi minime uideantur, quemadmodum occidendi feras, non uenandi, uenundandique licentiam dederimus, occidendi igitur memoratas feras, & ducibus, & officijs eorum conuentis, cunctis licentia tribuatur. Datum XIII. Kal. Iunij Constantio, & Constante VV. CC. Conss.

#### IIDEM AVGVSTI MONAXIO PRÆF. PRAETORIO.

**R**AESIDIALIS officij Euphratenis deploratione comperimus, eos qui transfuccioni ferarum à Duciano officio deputantur, pro septem, uel octo diebus, contra legationum formam, tres uel quattuor Menses in Hierapolitana Vrbe residetes, post expensas tanti oneris etiam caueas exigere, quas nulla praeberi consuetudo permittit. Ideoque praecipimus bestias quæ ad Comitatum ab omnibus limitum Ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas Ciuitates, retineri, scientibus ducibus, & eorum officijs. Si quid contra hæc commissum fuerit, quinas selibras auri fisci iuribus inlaturas. Datum V. Kal. Octobris, Constantinopoli D. N. Honorio Aug. XI. & Constantio II. V. C. Conss.

Hoc uerò Caput de quo de uenatione tractauimus, memorabili admodum casu qui à Gellio lib. V. cap. XIII. refertur finiam. Appio Polyhistor lib. V. rerum Aegyptiacarum scripsit, neque audisse, neque legisse, sed ipsum se in Vrbe Roma uidisse oculis suis quæ dicam confirmat: In Circo Maximo (inquit) uenationis amplissimæ pugna populo dabatur. Eius rei (Romæ cum fortè essem) spectator fui. Multæ ibi saeuientes ferae magnitudine bestiarum excellentes, omniumq; inusitata aut forma erat, aut ferocia, sed præter alia omnia, Leonum inquit immanitas admirationi fuit, præterque omnes cæteros, unius, qui corporis impetu, uastitudine, terrificoque fremitu, & sonoro, toris, comisq; ceruicium fluctuantibus, animos, oculosq; omnium in sese conuerterat.


Intro-



introducētus erat inter compluris ceteros ad pugnam bestiarum Dacus feruus viri E  
 Confularis. Ei seruo Androdus nomen fuit. Hunc ille Leo, vbi vidit procul, repente  
 inquit, quasi admirans stetit: ac deinde sensim, atque placidè, tamquam noscitabun  
 dus ad hominem accedit. Tum caudam more, atque ritu adulantium canum cle  
 menter, & blandè mouet: hominisque sese corpori adiungit, cruraque eius, & manus  
 propè iam exanimati metu, lingua leniter demulcet. Homo Androdus inter illa tam  
 atrocis feræ blandimenta amissum animum recuperat: paulatimque oculos ad con  
 tuendum Leonem refert. Tum quasi mutua recognitione facta, laetos inquit, & gra  
 tulabundos videres hominem, & Leonem. Ea re profus tam admirabili, maximos po  
 puli clamores excitatos dicit. Arcessitumque à Casare Androdum, quasitamque cau  
 sam cur ille atrocissimus Leonum vni parisset. Androdus rem mirificam narrat, atque  
 admirandam. Cum prouinciam inquit, Africanam Proconfulari Imperio meus Domi  
 nus obtineret: ego ibi iniquis eius, & quotidianis verberibus ad fugam sum coactus,  
 & ut mihi à domino terræ illius Praefide tutiores latebræ forent: in camporum, & F  
 arenarum solitudines concessi. Ac cū defuisset cibus, consilium fuit mortem aliquo  
 pacto quærere. Tum sole inquit, medio rapido, & flagranti, specum quandam na  
 ctus remotam, latebrosamque, in eam me penetro, & recondo, neque multo post ad  
 eandem specum venit hic Leo debili vno, & cruento pede, gemitus edens, & murmu  
 ra, dolorem, cruciatumque vulneris commiserantia. Atque illic primo quidem con  
 spectu aduenientis Leonis teritum sibi, & pauesactum animum dixit. Sed postquam  
 introgressus inquit Leo, vti re ipsa apparuit, in habitaculum illud suum, videt me pro  
 cul delitescentem, miris & mansuetus accessit: & sublatum pedem ostendere mihi, &  
 porrigere, quasi opis petendæ gratia visus est. Ibi inquit, ego stirpem ingentem uesti  
 gio pedis eius hærentem reuulsi. Conceptaque saniem vulnere intimo expressi: accu  
 ratiusque sine magna iam formidine siccaui penitus, & deterfi cruorem. Ille tunc  
 mea opera, & medela leuatus, pede in manibus meis posito recubuit, & requieuit.  
 Atque ex eo die triennium totum ego, & Leo in eadem specu, eodemque victu uiui G  
 mus. Nam quas uenabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggererat:  
 quæ ego, ignis copiam non habens, sole meridiano torrens edebam. Sed ubi me in  
 quit, uitæ illius ferinae iam pertesum est: Leone in uenatū profecto, reliqui specum:  
 & uiam ferme tridui permensus à militibus uisus, apprehensusque sum. Et ad Domi  
 num ex Africa Romam deductus. Is me statim rei capitalis damnandum, dandumque  
 ad bestias curauit. Intellego autem inquit, hunc quoque Leonem me tunc separato  
 captum gratiam nunc mihi beneficij, & medicinæ referre. Hæc Appion dixisse An  
 drodum tradit. Eaque omnia scripta circumlataque tabella populo declarat. Atque ideo  
 cunctis petentibus dimissum Androdum, & pœna solutum, Leonemque & sufragijs  
 populi donatum. Postea inquit, uidebamus Androdum, & Leonem loro tenui reuin  
 ctum, Vrbe tota circum tabernæ ire, donari ære Androdum, floribus spargi Leonem,  
 omnesque ferè ubique obuios dicere: hic est Leo hospes hominis, Hic est homo me  
 dicus Leonis. H

Ⓔ Figura Ænea Theatri. Z.

THEATRI Cum Venatione figura.



Z  
Pag.  
102.

tur, sic hæc in  
timoré discruciat, omnibus tamen vicissim, ut decipere possit, aridet. Longum erit  
fermonibus evagari. Sed aprè innocendum est, quod ait de



THEATRI



LIBER SECVNDVS.  
DE VENATORIBVS, Cap. IIII.

103



VENATORES verò, & qui bestias scras in Circo, vel alibi conficere aut dampnari, aut spontè solebant, bestiarj uocabantur. De quibus Cicero in Vatinium: Quod in concione dixisti, Milonem gladiatoribus & bestiarjjs ob sedisse Rempublicam. Tranquillus in Claudio, cap. xxxiij.

*Venato-  
res bestia  
ry.*

Bestiarjjs meridianis que adeo delectabatur, vt à prima luce ad spectaculum descenderit, & meridie dimisso ad prandium populo perfereret, praeterq; destinatos, etiam leui subitaque de causa quosdam committeret; Meridiani erant hi, qui meridie ferarum conficiebant. Item Seneca Epistola ad Lucillum LXXI. Nuper in Ludo bestiariorum, unus ex Germanis quum ad matutina spectacula praepararetur, scessit ad exonerandum corpus. Et lib. II. de Beneficijs, Leonem in amphitheatro spectauimus qui unum è bestiarjjs agnitum quod quondam eius fuisset magister, protexit ab impetu bestiarum. Tertullianus in Apologetico, cap. XLII. Non in publico liberaliter discumbo, quod bestiarjjs suprema cenantibus mos est. Iis autem qui bestias conficiebant, inter reliqua praemia donabatur etiam corona, & aurum. Quare Trebellius Pollio scribit, Gallienum coronam per ludibrium misisse uenatori, ei qui taurum ingentem in harenam missum, & decies productum nunquam occidere poterat, hoc elogio ignauiam eius exprobrans, taurum toties non ferire difficile est, Iuuenalis Satira IIII, de uenatore egregio.

*Profuit ergo nihil misero, quod cominus urfos  
Fugebat Numidas Albana nudus arena  
Venator.*

DE VENATIONIS MODO. Cap. V.



VOMODO autem contra bestias decertaretur, solus quod sciam Casiodorus, Variarum libro v. in Epist. Theodorici Regis ad Maximum accuratè exponit, his uerbis: Primus fragili ligno confusus currit ad ora beluarum, & illud quod cupit euadere magno impetu uidetur appetere. Pari in se cursu festinat, & Praedator, & Praeda, nec aliter tutus est

*Ratio venandi.*

se potest, nisi huic quem uitare cupit, occurrerit. Tunc in aere saltu corporis eleuato, quasi uctes leuissimae, suspinata membra iaciuntur, & quidam arcus corporeus supra beluam libratus dum moras discedendi facit, sub ipso uelocitas ferina discedit. Sic accidit, ut ille magis possit mitior uideri, qui probatur illudi, alter angulis in quadrisaria Mundi distributione compositis, rotabili facilitate praesumens, non discedendo fugit, non se longius faciendo, discedit, sequitur insequentem, poplitibus se reddens proximum, ut ora uitet Ursorum, ille in tenuem regulam uenire suspensus, inuitat exitiabilem feram, & nisi periclitatus fuerit, nil unde uiuere possit, acquirit; Alter se gestabili muro cannarum contra saeuissimum animal ericij exemplo, receptus includit, qui subito in tergus suum refugiens intra se collectus absconditur, & cum nusquam discesserit, eius corpusculum non uidetur. Nam sicut ille ueniente contrario, reuolutus in sphaeram, naturalibus defensatur aculeis, sic iste consutili crate practinctus munitior redditur fragilitate cannarum alij tribus ut ita dixerim dispositis osteolis, paratam in se rabiem praeuocare praesumunt, in patenti area cancellosis se postibus occultentes modo facies, modo terga monstrantes, ut mirum sit euadere, quos ita respicis per Leonum ungues, dentesque uolitare. Alter labenti rota feris offertur. Sic haec machina ad insidijs mundi formata qualitatcm, istos saepe resouet, illos timore discrutiat, omnibus tamen uicissim, ut decipere possit, arridet. Longum est per tot periculorum casus sermonibus euagari. Sed aptè iungendum est, quod ait de inferijs



inferis Mantuanus. Qui scelerum comprehendere formas? - quis omnia paenarum E percurrere nomina possit? sed uobis quibus necesse est talia populis exhibere, largitate manus fundite praemia, ut haec miseris faciatis esse uotiuua. Alioqui uiolenta compulso est solennia dona subtrahere, & mortes detestabiles imperare. Et ideo quicquid in longam consuetudinem antiqua liberalitate peruenit, sine aliqua dilatione concedite supplicanti. Quia homicidij reatus est, illis esse tenacem, quos editio uestra inuitauit ad mortem. Heu mundi error dolendus, si esset ullus aequitatis intuitus, tantae diuitiae pro uita mortalium deberent dari, quantae in mortes hominum uidentur effundi.

Sed & Imperatores iaculari feras solebant, ut Commodus, & Tiberius, de quo Tranquillus in Tiberio cap. LXXII. Ne quam suspicionem infirmitatis daret, Castrensisbus Ludis non interfuit solum, sed etiam missum in harenam aprum iaculis desuper petijt.

## DE VIVARIO. Cap. VI.

F

*Viuarium  
quid est  
ubi.*



**P**ARTICULARIS erat in Vrbe locus Viuarium uocatus, in quo ferae conseruabantur, ad quarum faginam pecudes quotidie comparabantur. Tranquillus in Caio, cap. XXVII. Saeculitiam (inquit) ingenij per haec maximè ostendit, quum ad faginam ferarum muneri praeparatarum carius pecudes compararentur, ex noxijs laniandos adnotauit, & custodiae seriem recognoscens, nullius inspecto Elogio, stans tantummodo intra porticum medianam, à caluo ad ealuum duci imperauit.

Locus uerò ille in quo ferae asseruabantur Viuarium (ut dixi) uocabatur. Is erat pone Castrum Praetorium extra Urbis moenia inter Nomentanam & Tiburtinam portas, cuius adhuc amplissima parietinae, maximis fenestris exornatae, & ingentia alia uestigia supersunt. De eo Procopius lib. I. De bello Gothico sic scribit: Belisarius acie instructa circa Praenestinam portam ad eam muri partem mox ducit, quam Romani Viuarium dicunt. Undè & expugnari moenia per quam facile poterant. Item paulò post Bessas interea, Paraniusq; Vitige ipso è regione Viuarij ualidissime his insistente, eodem ad se Belisarium euocant. Ille uerò ut qui ei muro minus confideret, namq; (ut diximus) facile expugnatu, his opem laturus, mox aduolat ad Salariam portam tuendam, ex amicis quodam dimisso, & quum milites in Viuario (id loco nomen) offendisset, ex inuadentium ingenti multitudine hostium insultu nimio trepidantes, statim his ipse animos facere, & hostes pauci ut facerent commonere, hortariq; item ad confidentiam. Erat nimirum ex ea parte planior locus, atq; adeo ad inuadentium insultus proportunus. Ad hoc accedebat quod ea è regione murus ita dissoluebatur, ut uel lateres ipsi haud sat multum in sua compage subsisterent. Huic muro alterum & breuem forinsecus ueteres quondam Romani, modico interuallo adiecerat, sed non ad tutelam ut qui sine propugnaculis fuisset extructus, sed ad delicias factas haud satis decentes, & ut Leones eo in loco coercitos, & bestias alias asseruarent, unde de & Viuarium is locus est dictus. Vitiges igitur diuersas muri in partes machinationibus comparatis exteriorem murum suffodi iubet, haud dubie ratus si primum hunc sui peruaserint nullo negotio se moenibus potiturum, quæ utiq; haud sat ualida esse cognouerat. At Belisarius ubi hostes peruidet, & Viuarium suffodisse, & diuersim moenia inuadentes, abductis suis inde militibus, & in propugnacula paucis quibusdam relictis, quicquid in exercitu roboris erat apud se tenuit, & inferiorem in partem & circa portus, copias omnes armatas enses dumtaxat in manu gestantes traduxit; Muro itaq; demolito Viuarium iam irrumpentibus Gothis, Cypriano Belisarius, cum alijs nonnullis in eos confestim immisso, rem aggredi perstrenuè iubet. Tum illi iussa mox exequendo, obuios quosque ex hostibus ne repugnates quidem obruncant,

ramet

A tamen Barbari suomet impetu in ipsis ad euadendum angustijs opprimerentur. Hostibus itaq; re subita consternatis, in compositisque, & diuersim palantibus Belisarius Urbis patefactis iam foribus, copias undiq; in hoc extemplò immittit. Tum Gothi nulla uirtutis, vel pristinarum uirium habita ratione, temerè omnes deferri, & quacunq; his licuit fugam capefcere; Romani interea fugientes adepti, postrema carpento concidunt, fugaq;ue hostium effusus facta, ut se in castra reciperent à quibus procul educti muros oppugnatum aduenerant, Belisarius deinde fuis iam fugatisque hostibus incendi machinas iubet, quas secum detulerant, unde flamma ex his altius excitata, maiorem barbaris terrorem incussit. Haecenus Procopius.

Ante paucos annos haud procul à Viuario in uineto quodam proximo subterraneum balneum inuentum fuit uariorum, & incognitorum animalium signis depictum, ita conseruatis, ut recentiores esse uiderentur, quarum in tabella exemplum accuratè delineatum subijciam.

B

☉ Hic Figura uariorum animalium locanda uenit nondum aeneis formis incisa. Aa.

## DE VIVARIIS ANIMALIVM. Cap. VII.



PLINIVS libro VIII. cap. LII. Viuaria animalium primis togati generis inuenit Fuluius Hirpinus qui in Tarquinenfi seras pascere instituit. Nec diu imitatores fuere Q. Lucullus, & Q. Hortensius.

## VARIA ADVENATIONES PERTINENTIA, Cap. VIII.



VENATIONVM tempus matutinum fuisse uidetur. Seneca Epist. LXXI. Nuper in Ludo bestiariorum unus è Germanis, quum ad matutina spectacula praepararetur, secessit ad exonerandum corpus. Epist. VII. Mane Leonibus aut Urbis homines, meridie spectatoribus suis obijciuntur. Martialis libro x.

Venationum tempus.

*En matutina nuper spectatus arena  
Mucius, imposuit qui sua membra fosis.*

Et libro XIII. Xenorum ita,

Orix

*Matutinarum non ultima praeda ferarum.  
Saeuus Orix constat quod mihi morte canunt.*

2 Erant & curatores Venationum, de quibus Tranquillus cap. XXVII. Curatorem munerum ac Venationum, per continuos dies in conspectu suo cathenis uerberatum, non prius occidit, quam offensus putrefacti cerebri odore.

Curatores venat.

3 De sagina ferarum. Idem in Caio cap. XXVII. Saeuitiam ingenij per haec maximè ostendit. Quum ad sagine ferarum muneris praeparatarum carius pecudes comparerentur, ex noxijs laniandos adnotauit: & custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto Elogio stans tantummodo intra porticum mediam, à caluo ad caluum duci imperauit, feris capite damnati obijcebantur laniandi & macrandi. Idem in Caio cap. XXVII. Equitem Romanum obiectum feris, quum se innocentem proclamasset, reduxit, abscessa que lingua rursus induxit.

Ferarum sagina.

De captione Leonum, Plinius lib. VIII. cap. XVI. Leones capere arduj quondam operis erat, foneisque maximè. Principatu Claudij casus rationem docuit, pudendam penè talis feræ nomine: Pastoris Gaetuli sago contra ingruentis imperum obiecto, quod spectaculum in harenam protinus translatum est, uix credibili modo torpescens tanta illa feritate, quamuis leui inictu operto capite ita ut deuinciatur non repugnans,

Captio Leonum.

O gnans,



*De Vrsis* pugnans, videlicet omnis vis constat in oculis. De Vrsis uero idem Plinius libro E XXXIII. cap. XII. Nouo inuento Vrsorum in arena & Leonum ora aspergi solita chalcanto. Tantamque esse ei uim in astringendo, ut mordere nequirent.

Plutarchus in lib. De industria animalium. Primum igitur Tauros ut cornibus dimicationem possunt uide, ut in sperfo puluere ad luctam procinguntur. A pros ut dentes acunt, Elefantos autem materia quam fodiendo depascantur dentem heberante obterenteque ad hos usus altero utuntur, alterius mucroni ad auertenda pericula parant. Leo in polutis semper pedibus ambulat tanquam uagina conditis intus unguibus, ne attritus aqies recundatur, tum, ut ne ansa uestiganti praebeatur, haud enim unguis Leonini nota temere inuenitur, sed exiguis, & caecis uestigijs occurrentibus falluntur uestigatores & deuiant, &c.

## DE LVDO TROIAE QVINTA CIRCENSIVM PARTE.

Cap. IX.

F



ROIAE siue Troianus Ludus in Circo agi solitus Equestris, & puerilis, fuit ab Aenea in Sicilia ad filij Iuli Aescanij, & caeterorum puerorum exercitationem primum institutus. Ab Aescanio uero in Latium portatus. Is in Circo edebatur a pueris maioribus & minoribus Equestribus turmatim discurrantibus, & congregantibus, quibus is qui praesidebat, princeps iuuentutis uocabatur, atque ex numero filiorum primi nominis Senatorum, Augustorum uel legabatur, quemadmodum legimus apud Suetonium Tib. Caesarem Augusto uiuente his Ludis, ut principem iuuentutis praefedisse. Sext. Pompeius Troia & Regia Priami, & Lusius puerorum Equestrium dicitur. Huius Ludicri originem, rationem, ac modum elegantissime libro Aeneidos V, explicat his uersibus Virgilius.

*Origo Lu  
di Troia.*

*At pater Aeneas nondum certamine missa  
Custodem ad sese, comitemque impubis Iuli  
Aspidem uocat, & fidam sic satur ad aurem,  
Vade, age, & Aescanio si iam puerile paratum  
Agmen habet secum, cursusque instruxit equorum,  
Ducat auro turmas, & sese ostendat in armis.  
Sic ait; ipse omnem longo decedere Circo  
Insusum populum, & Campos iubet esse patentes,  
Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum,  
Frenatis lucet in equis, quos omnis euntes,  
Trimacriae mirata fremit, Troiaeq; inuentus,  
Omnibus in morem tonsa coma, pressa corona,  
Cornea hinc ferunt praefixa hastilia ferro.  
Pars leues humero pharetras, & pectore summa  
Plexilis obtorti per collum, ut circulus auri.  
Tres equitum numero turmas, sternique, uagantur  
Ductores, pueri bissesti, quemque secuti  
Agmine partito fulgent, paribusque magistris  
Vna acies iuuenum, ducit quam paruus ouantem  
Nomen aui referens Priamus, tua clara Polite  
Progenies auctura Italos, quem Thracius albis  
Portat equus bicolor, maculis uestigia primi  
Alba pedis, frontemque ostentans ardens albam.  
Alter Aty's genitus, unde Aty's duxere Latini  
Paruus Aty's, pueroque, puer dilectus Iulo.*

*Extremus,*

A  
*Extremus, formaque antè omnes pulcher Iulus,  
 Sidonio est inuectus equo, quem candida Dido  
 Esse sui dederat monumentum, & pignus amoris.  
 Cetera Trinacrij pubes senioris Aceste  
 Fertur Egris.  
 Excipiunt plausu pavidos, gaudentque tuentes  
 Dardanidae, veterumque agnoscent ora parentum.  
 Postquam omnem leti confessum oculosque suorum  
 Lustrauere in equis, signum clamore paratis  
 Epitides longè dedit, insonuitque flagello.  
 Olli discurrere pares, atq; agmina termi  
 Deductis soluere choris, rursusq; vocati  
 Conuertere vias, infestaq; tela tulere.*

B  
*Inde alios ineunt cursus, aliosq; recursus  
 Aduersis spatijs, alternosq; orbibus orbes  
 Impediunt, pugnaq; cuncti simulachra sub armis.  
 Et nunc terga fugæ nudant, nunc specula vertunt  
 Inferfi, facta pariter, nunc pace feruntur.  
 Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta  
 Parietibus textum cæcis iter ancipitemq;  
 Mille vijs habuisse dolum, qua signa sequendi  
 Falleret indepressus, & inremeabilis error,  
 Haud aliter Teucrum nati vestigia cursu  
 Impediunt, texuntq; fugas, & praelia ludis  
 Delphinum similes, qui per maria humida nando  
 Carpathium Lybicumq; secant, luduntq; per undas.*

C  
*HVNC MOREM nos cursus, atq; hæc certamina primus  
 Ascanius longam muris cum cingeret Albam,  
 Retulit, & prisca docuit celebrare Latinos,  
 Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes,  
 Albani docuere suos, hinc maxima porro  
 Accepit Roma, & patrium seruauit honorem  
 Troiaq; nunc pueri, Troianum dicitur agmen.  
 Hac celebrata tenus sancto certamina patri,  
 Hic primum fortuna fidem mutata nouauit  
 Dum varijs tumulo referunt solennia ludis.*

His verbis disertissimè Lusus Troiae rationem descripsit Virgilius, quem Romæ à nobilibus pueris aliquando celebratum ex ueterum annalibus intelligit. Plutarchus in Catone: Quum L. Sulla equestrem Ludum, quem Troiam uocant edere stadiuisset, ac delectis patricijs pueris duos præfecisset, alterumq; pueri acceptarent gratia matris Metellæ, vxoris Sullæ M. Scaurum, alterum uerò qui Pompei nepos erat Sextum, non recepere, nec sub eo ludere uelle professi sunt, Catonem poscentes.

Id Ludicrum à Caesare quam penè exoleuisset, tanquam gentilicium restitutum (ipse enim ab Aenea, & Ascanio originem traxit) diu Romæ frequens fuit. Tranquillus in Caesare cap. xxxix. Circensibus (inquit) Troiam ludit Turma duplex, maiorum minorumvè puerorum. Dio lib. xliii. Sub Caesare Dictatore Troiâ antiquo more patriciorum filij luserunt, iuuenesq; qui dignitate aequales erant curribus certarunt. Tranquillus in Augusto cap. xliii. Sed & Troiae Ludum edidit frequentissimè, maiorum, minorumvè puerorum delectu, prisca decorique moris existimans, clarae stirpis indolem sic innotescere. In hoc Ludico C. Nonium Asprenatem,

Troia  
 Caesaris.

Troia  
 Augusti.



lapsu debilitatum, aurco torque donauit, passusque est ipsum, posterosque Torquati  
ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Asinio Polione Oratore graui-  
uidiosaque in Curia quaesto, Aesermini nepotis sui casum, qui, & ipse eius effregerat.  
Dio lib. XLVIII. M. Agrippa Praetor; Ludis Apollinaribus edendis occupatus, Lu-  
dos Equestres biduo praebuit, & Troiae Ludum per nobiles pueros magnificè edi-  
dit. Et libro XLV. M. Agrippa post Consulatum Aedilis factus, Ludis quos multos, &  
omnis generis exhibuit, tanta usus est munificentia, ut pueros etiã qui Troiam Eque-  
stri certamine luderent, pretio conduxerit, ne quem sumptum faciendum haberent.  
Tranquillus in Tiberio cap. VI. Pubescens praesedit, & Actia cis Ludis, & Troianis  
Circensibus ductor turbae puerorum maiorum.

*Cai Troia* Idem in Caio cap. XVIII. edidit & Circenses plurimos à mane usque ad uesperam,  
interiecta modo Africanarum uenatione, modo Troiae decurione.

*Claudij Troia.* Dio libro LIX. C. Caligula die Natali suo uenationes dedit, patricij pueri Troiam  
luserunt, sex equis tractus est currus triumphalis eiusdem; quod numquam antea fa-  
ctum erat. Et infra. Drusilla sorori mortuae publicam sepulturam tribuit ac Praeto-  
riani milites cum suo Tribuno, ac seorsim equester ordo, seorsim patricij pueri Troiae  
decurionem circum tumulum eius obequitarunt. Tranquillus in Claudio cap. XXI.  
Ac super quadrigarum certamina Troiae lusum exhibuit & Africanas cõficiente tur-  
ma equitum Praetorianorum. Idem in Nerone cap. VII. Tener adhuc, necdum ma-  
tura pueritia, Circensibus Ludis Troiam constantissimè, fauorabiliterque luit. Et  
Tacitus libro XI. Sedente Claudio Circensibus Ludis, quum pueri nobiles equis Lu-  
dicrum Troiae inirent, interque eos Britannicus Imperator genitus, & L. Domitius  
adoptione mox in Impcrium cognomenque Neronis adscitus, fauor plebis acrior  
in Domitium, loco praesagij acceptus est. & libro XII. Ludicro Circensium, quod ac-  
quirendis vulgi studijs edebatur, Britannicus in praetexta, Nero triumphali veste tra-  
suecti sunt, spectaret populus hunc decore Imperatorio, illum puerili habitu, ac prin-  
de fortunã utriusque praesumeret. Vnum hodie ex antiquis Ludicris superest, vulgò  
Romae Ludus agonis & Testacij vocatus, quo pueri nobiles equestres more Veterũ  
Campos illos decurrunt, cui aliquot praeterea alia spectacula addita fuere curruum  
cursus, & taurorum uenationum.

*Neronis.*

## DE PVGNIS EQVESTREBVS, ET PEDESTREBVS

Sexto Circensium Ludicro. Cap. X.



**L**N Circo ad instar uerorum bellorum hominũ ingenuorum pugnas dari  
solitas uetus mos fuit, auctore Lio XLIII. qui ita scribit: Iuue-  
nes, etiam quidam Romani Ludicro Circensium ad usum belli uersõ par-  
tem humillimam muri coeperunt. Mõs erat tunc, nondum hac effusio-  
ne inducta bestijs omnium gentium Circum complendi, spectaculorum uaria con-  
quire genera: nam semel quadrigis, semel de fultore misso, uix unius horae tempus, H  
utrumque curriculum complebat. Inter caetera sexageni fermè iuuenes, interdum  
plures apparitoribus Ludis armati inducebantur; Horum inductio in parte simula-  
chrum decurrentis exercitus erat, ex parte elegantioris exercitij, quam militaris ar-  
tis, propiorque gladiatorum armorum usum quum alios decursus edidissent, motus,  
quadrato agmine facto, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis sub-  
missioribus, tertijs magis, & quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatae sicut  
tecta domorum sunt, testudincm faciebant. Quem morem Caesarem Dictatorem  
tertio Consulatu suo repetijse tradunt Dio, Tranquillus, & Plinius. Ille lib. XLIII.  
Sic uiros quosdam Caesar singularibus certaminibus, ut Romanae erat consuetudi-  
nis commisit, alios plures in Circo, equites equitibus, pedibusque pedites, aliosque  
promiscuè

Aproniscuè æquali utrinque numero: crant enim XL. uiri qui cum elephantis pugnant. Suetonius uerò cap. XXXIX. Circensibus (inquit) Venationes editae per dies quinque, ac nouissimè pugna diuisa in duas acies, quingenis peditibus, elephatis uicenis, tricenis equitibus, hinc, & inde commissis, nam quo laxius dimicaretur, sublatae metae, in què earum locum bina castra ex aduerso constituta erant. Et Plinius libro VIII. cap. VII. Caesaris (inquit) tertio Consulatu pugnaere Elephanti xx. contra pedites quingentos. Iterum totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus, eodem quo priores numero peditum, & pari equitum ex aduerso dimicante. Appianus libro II. bellorum Ciuiliu: Caesar spectacula multisariam edidit, equorum, mufici, pedestrisque certaminis uiroꝝ mille ad totidem certantium, & equestres pugnas ducentorum pariter, & aliud ex peditibus equitibusq; praeludium subinde immiscens Elephantorum xx. bellum utriusq; locorum; Naumachiam praeterea exhibuit quater millium remigum, mille bellatoribus utraq; parte insidentibus. Dio libro

**LI.** Ludis Caesaris Augusti turmac Dacorum & Sueuorum depugnates inuicem introductae sunt, quarum altera est Scythica, altera Germanica Natio, Quae bello captae, inuicem pugnare coactae sunt. Haec spectacula multis diebus edita, quibus Ludis singuli Senatorum vnã diem in vestibulis aedium suarum epulati sunt. Tranquillus in Nerone cap. XII. exhibit ad ferrum etiam quadringentos Senatores, sexcentosque equites Romanos, & quosdam fortunae, atque existimationis integrae. Idem in Domitiano cap. IIII. Spectacula magnifica assidue, & sumptuosa edidit, non in Amphitheatro modò, verum & in Circo, ubi praeter solennes bigarum, quadrigarumque cursus, praelium duplex etiam equestre, ac pedestre commisit, atque in Amphitheatro nauale quoque. Dio in Domitiano: Diebus festis triumphalibus exhibit multa certamina praelij peditu, ac deinde equitum commissis in Circo. Suetonius in Claudio cap. XXI. Edidit in Martio Campo expugnationem, direptionemque oppidi ad imaginem bellicam, & deditiõem Britanniae Regum, praefecitque paludatus.

*Pugnae  
Augusti.*

*Heronis  
P.*

*Domitiani  
P.*

*Pugna  
Augusti.*

## DE NAUMACHIA IN CIRCO ALIQVANDÒ FACTA.

Cap. XI.



**EXT. IULIVS** Frontinus libro Primo de Aquæductibus scribit, riuum aquæ Appiae sub Coelio & Auentino montibus actum, emergere infra Cluium Publicij Alij (sic erat ut ex P. Viore constat) supra Circum Maximum in regione Auentini, prope portam Trigemina, & inde eductum esse in Naumachiam, nam eius caussa factus uidebatur. Vbi per Naumachiam Circum Maximum debere

intelligi opinor, & locus ipse rei huiusce quadrat. Erat autem Naumachia belli naualis similitudo, neq; enim circa Cluium publicij & Auentinum, alius locus Naumachiae idoneus superesse uidetur praeter Circum. Quod etiam Tranquilli testimonio confirmatur in Nerone, cap. XXVII. Coenitabat (inquit) nonnunquam in publico Naumachia praclusa, uel Martio Campo, uel Circo Maximo inter scortorum totius Urbis ambubaiarumque ministeria. Idem Frontinus libro II. eam rem apertius innuere uidetur, quum ait: Quantopere autem curae fuerit, ne quis uiolare ductus, quam uè non concessam deriuare auderet, quum ex multis apparere potest, tum ex hoc, quod Circus Maximus ne diebus quidem Ludorum Circensium nisi Aedilium aut Censurum permissu irrigabatur, quod donasse ei postquam res ad Curatores transijt sub Augusto apud Atetium Capitonem legimus. Ludoru celebritate aucta, quum Circus Maximus tot Ludicris iam non sufficeret, per diuersas Urbis parteis solo ex-

*Naumachia quid*

*Naumachiarum  
coditores.*

Tran.



Caesaris  
Humana-  
clia.

Tranquillus in Caesare cap. xxxix. Edidit spectacula uarij generis, Munus gladiatorum, Ludos regionatim Vrbe tota, per omnium linguarum histriones, item Circenses, Athletas, & Naumachiam. Nauali praelio in modum cocleae defosso lacu, Biremes, Triremes, Quadriremesq; Tyriae & Aegyptiae classes magno pugnatorum numero confixerunt. Ad quae omnia spectacula tantum undiq; confluit hominum, ut plerique aduenae aut inter uicos tabernaculis positae manerent, ac saepe praeturbati elisi exanimatique sint quamplurimi, & in his duo Senatorum. Plutarchus in Caesare. Post triumphos ad conciliandam plebem spectacula edidit, ac conuiuia celebravit uno die in duobus ac xx. millibus triclinijs epulum populo praebens. Munus gladiatorum ac Naumachiam Iuliae filiae memoriae exhibuit. Appianus lib. II. Bellorū ciuiliū: Naumachiam Caesar exhibuit quater millium remigum, mille bellatoribus utraque ex parte insidentibus. Duae uero Naumachiae memorantur, altera Caesaris Dictatoris in Campo Martio, altera Augusti Transiberim. De priore Tranquillus in Caesare sic scribit: Destinabat Martis templum quantum nusquam esset extruere, repleto & complanato lacu, in quo Naumachiae spectaculum ediderat, Theatrumque summae magnitudinis Tarpeio monti accubans. Et Dio libro XLIII. Bellum nauale non in mari, neque in palude, sed in terra C. Caesar exhibuit, effosso ad id loco in Campo Martio, eoque aqua impleto, & inductis nauibus. Et libro XLV. Is locus in quo naualis praelij specimen exhibitum fuerat uiuo C. Caesare, eo mortuo, ex S. C. terra iniecta oppletus est. De posteriore Caesaris Augusti Naumachia, quae Transiberim in hortis suis erat, Tranquillus in Augusto, cap. XLIII. Edidit (inquit) nauale praelium circa Tiberim cauato solo, in quo nunc Caesarum nemus est, quibus diebus custodes in Vrbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. Idem in Tiberio cap. LXXII. His omnino toto secessus tempore Romam redire conatus, semel triremi usq; ad proximos Naumachiae hortos subuectus est, disposita statione per ripas Tiberis, quae obuiam procedentes submoueret. Et St. Papius Siluarum libro IIII. ad Marcellum.

Augusti  
Naumachia.

*Atque ubi Romuleus uelox penetraueris arces  
Continuo dexteras flauis pete Tiberidis oras  
Lydia quo penitus stagnum nauale coerces  
Ripa, suburbanis uadum praetexitur hortis.*

Hanc esse opinor quam idem Tranquillus in Tito c. VII. ueterem Naumachiam uocat, de qua Plin. lib. XVI. c. XXXIX. sic meminisse: Tib. Caesar concremato ponte Naumachario larices ad restituendum caedi ex Rhetia praefiniuit. Et c. XL. Amplissima arbore ad hoc aeni existimatur Romae uisa, quam propter miraculum Tib. Caesare in eodem ponte Naumachario exposuerat, aduectam cum reliqua materie, durauitque ad Neronis principis Amphitheatrum. Fuit trabs e larice, longa pedes CXX. bipedali crassitudine aequalis. De eiusdem Naumachiae aqua ita scribit Frontinus lib. I. Quae ratio mouerit Augustum prouidentissimum Principem, producendi Alsterinam aquam quae uocatur Augusta, non satis perspicio, nullius gratiae, imò & parum salubrem, & nusquam in usus populi fluentem, nisi forte quum opus Naumachiae aggrediretur, ne quid salubrioribus aquis detraheret, hanc proprio opere perduxit, & quod Naumachiae coeperat superesse, hortis subiacentibus & priuatorum Transiberinam uisibus, ad irrigandum concessit. De Naumachia C. Caligulae, Dio lib. LIX. Exhibuit spectacula multa in Septis, effosso eo loco, & aqua repleto, ut una nauim introducere posset. Post alibi etiam maxima aedificia demolitus, tabulata fecit, contempto Amphitheatro Tauri.

C. Caligulae  
Naumachia.

Neronis  
Naumachia.

De Nerone Suetonius cap. XII. Exhibuit Naumachiam marina aqua, innatantibus beluis. Dio libro IX. Nero populo epulum dedit intra naues, in eo loco, in quo ab Augusto bellum nauale factum fuerat. Inde media nocte fossa in Tiberim nauigauit.

Auit. Et Tacitus libro xv. Nero in stagno Agrippæ fabricatus est ratem, cui superpositum conuiuium aliarum tractu moueretur. Naues auro & ebone distinctæ, &c. Seneca ad Lucillum Epist. lxxi. Secundo Naumachiae spectaculo vnus è barbaris lanceam quam in aduersarios acceperat, rotam iugulo suo immerfit. Tranquillus in Tito, cap. vii. Dedit & nauale praelium in ueteri Naumachia, ibidem & gladiatores.

De Naumachia Domitiani Tranquillus cap. lxxxiii. In Amphitheatro dedit nauale praelium. Et paulò infra: Edidit nauales pugnas penè iustarum classum, effosso, & circumstructo iuxta Tiberim Lacu, atq; inter maximos imbres prospexit. Quam Naumachiam ut idem cap. v. auctor est, Domitianus ipse construxerat, è cuius postea lapide Maximus Circus deustis utrinque lateribus extructus fuit. Dio in Domitiano: Postea dies festos triumphales egit quibus crebra certamina exhibuit. Praelijs perditum ac deinde equitum commissis in Circo. Tum enim nouo quodam loco bello nauali facto, in quo non solum omnes ferè qui pugnaverunt mortui sunt, sed etiam multi ex spectatoribus, propterea, quod maximo imbre & uehementi tempestate repente commota, neminem permisit abire ex spectaculo, & quamquam ipse penulam mutaret, tamen caeteros nihil mutare passus est: qua ex re non pauci in graues morbos inciderunt, & mortui sunt. Quare ut consolaretur populum, eidem nocturnum epulum dedit. De eiusdem Naumachia extant hæc duo Martialis Epigrammata.

Domitiani Naumachia.

*Si quis ades longis serus spectator ab oris,  
Cui lux prima sacri muneris ipsa fuit.  
Ne te decipiat ratibus naualis Enyo  
Et par vnda fretis, hic modo terra fuit.  
Et par vnda fretis, hic modo terra fuit.  
Non credis spes dum laxent æquora Martem,  
Parua mora est, dices hic modo pontus erat.*

Item.

*Augusti laudes fuerant committere classes,  
Et freta nauali sollicitare tuba.  
Caesaris hæc nostri pars est quota vidit in vnda  
Et Thetis ignotas, & Galathea feras.  
Vidit in æquoreo feruentes puluere currus,  
Et domini Triton ipse portauit equos.  
Dumque parat sauis ratibus fera praelia Nereus,  
Abiit in liquidis ire pedester aquis.  
Quicquid est in Circo spectatur & Amphitheatro  
Dices Caesarea præstitit vnda tibi.  
Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis  
Hanc noriat vnã saecula Naumachiam.*

Figura Aenea. Bb.

D Fl. Vopiscus: Triumpho suo de Zenobia, & Terrico, idest de Oriente & Occidente Aurélianus Naumachiam addidit. De Claudij Naumachia in Lacu Fucino facta, Tranquillus in Claudio cap. xxi. Quin etiam emissurus Fucinum Lacum Naumachiam ante commisit, sed quum proclamantibus Naumachiaris: Aue Imperator, morituri te salutant, respondisset, auete uos, neque post hanc uocem quasi uenia data, quisquam dimicare uellet, diu cunctatus, an omnes igne ferroque absumeret, tandem è sede sua prosiluit, ac per ambitum lacus nõ sine foeda uacillatione discurrens, partim minando partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula, & Rhodia concurrerunt duodenarum triremium singulae exciente buccina tritone argenteo, qui è medio Lacu per machinam emererat. Et Tacitus lib. xiii.

Auréliani Naumachia.

Sub



Sub idem tempus inter Lacum Fucinū amnemq; Lyrim, perpetuo monte, quo magni E  
ficientia operis à pluribus uiseretur, lacu in ipso nauale praelium adonatur, ut quon-  
dam Augusto structo cis Tiberim stagno, sed leuibus nauigijs, & minore copia edide-  
rat. Claudius triemes, quadricmesque, & undcuiginti hominum millia armauit, cin-  
cto ratibus ambitu, ne uaga effugia forent, ac tamen spatium amplexus ad uim remi-  
gij, & gubernantium artes, impetusque Nauium, praelio soliti in ratibus Praetoriarū  
cohortiū manipuli, turmaeq; asiterunt, ante positis propugnaculis, ex quibus cata-  
pultas, ballistisque tenderunt. Reliqua Lacus classiarj rectis nauibus obtinebant, ri-  
pas, & colles, ac montium edita in modum Theatri, multitudo innumera compleuit,  
proximis enim municipijs, & alij Vrbe ex ipsa uisendi cupidine, aut officio in Princi-  
pem. Ipse insigni paludamento, neque procul Agrippina clamyde aurata praesidere;  
pugnatum, quamquam inter fontes fortium uirorum animo, ac post multum vulne-  
rum occidione exempti sunt, sed perfecto spectaculo, apertum aquarum iter, & incu-  
ria operis manifesta fuit, haud satis depraessi ad lacus ima uel media, eoq; tempore F  
interiecto altius effossi specus, & contrahendae rursus multitudini, gladiatorum spe-  
ctaculum editur, inditis pontibus pedestrem ad pugnam: quin, & conuiuium efflu-  
uio lacus appositum magna formidine cunctos effecit, quia uis aquarum prorumpēs  
proxima trahebat conuulsis ulterioribus aut fragore, & fonitu exterritis. Simul Agrip-  
pina trepidatione principis uisa, ministum operis Narcissum incusat cupidinis, ac  
praedarum, nec ille reticet impotentiam muliebrem, nimiasque spes eius arguens.  
Et Dio lib. lxx. In palude quadam Claudius exhibere naualem pugnam cupiebat, cin-  
xeratque eam ligneo muro, fixeratque tabulata, conueniente ad spectaculum immen-  
sa multitudine, uestitum quisq; suo arbitrio militarem Claudius, & Nero gestabant,  
Agrippina clamydem auro intertextam induerat. Quibus depugnandum fuit, mor-  
te damnati erant, utrimq; naues quinquaginta habebant. Partium alteri Rhodiorū,  
alteri Siculorum nomen; primum utiq; in unum congregati Claudium his uerbis ap-  
pellauere: Aue Imperator, morituri te salutant, post, cum salutem non impetrarent, G  
sed nihilominus pugnam naualem conferere iuberentur, tres nauium ordines se in-  
uicem peruadentes, non ante ad manus uenerūt, quam uicoacti mutuo se trucidarunt.  
Plinius lib. xxxiii. cap. iii. Nos uidimus Agrippinam Claudij Principis, edente  
eo naualis praelij spectaculum, assidentem & indutam paludamento auro textili sine  
alia materia.

## DE LVDIS SCENICIS ALIQVANDO IN CIRCO FACTIS.

Cap. XIII.



**L**VDOS Scenicos, quorum proprius locus Theatrum erat, etiam in Cir-  
co aliquando factos fuisse, referunt L. iuius, & Tranquillus, ille lib. vii.  
sic: Nec tamen Ludorum Scenicorum primum initium procurandis  
religionibus datum, aut religione animos aut corpora morbis leuauit. H  
Quin etiam cum medios forte Ludos Circus Tiberi superfuso irriga-  
tus impedisset, id uerò uelut auersis iam Dijs, aspernatisq; placamina irae terrorem  
ingentem fecit. Suetonius uerò in Augusto, cap. xliii. Spectaculorum, & assiduita-  
te, & uarietate, atq; magnificentia omnes antecessit. Fecit nonnunquam Ludos ui-  
catim ac pluribus Scenis per omnium linguarum non in foro modo, aut in Amphi-  
theatro, sed in Circo, & Septis. Et cap. . . . Etiam triuiales Ludos in Circo inter-  
ponebat; cuiusmodi uerò hi Ludi fuerint, infra aperiam.



**C**IRCENSIVM certaminum praefecti à Iulio Polluce lib. III. ca. XXX. Brauiorum constitutores, certaminum institutores, praemiorum procuratores, censores, inspectores, praesides, & speculatores dicuntur. Quorum munus erat quadrigas comittere, certamina, & brauia, id est praemia uictorum constituere, ijs qui cecidissent distribuere, controuersias ortas dirimere, & similia facere. Arnobius lib. VII. Si Lu-

*prævia Cir-  
censi-  
m  
præfecto-  
rum no-  
mina.*

dorum exhibitor magistratus minus curauit edificare quisnā esset illo die Circi actus per medium, contractaq; est ex hoc culpa, quid infelix populus commeruerat. M. Caelius Aedilis in Epist. ad Ciceronem. Insolentissimi homines summis Circensibus Ludis meis postulandum me lege Scantinia curant. Tranquillus in Augusto c. XLV. Ipse Circensēs ex amicorum caenaculis spectabat. Spectaculo plures horas, aliquan-

*Imp. præ-  
fecti Lu-  
dis.*

**B**do totos dies aberat, petita uenia, commendatisq;, qui sua uice praefidendo fungerentur: & in Caligula cap. XIX. Neque spectaculis semper ipse praesedit, sed interdum aut magistratibus, aut amicis praesidēdi munus iniunxit. Et in Claudio cap. VII. praesedit nonnunquam spectaculis in Cai uicem autorante populo. Dio lib. LI. Caesaris Augusti spectacula multis diebus edita sunt, neq; propter eius infirmitatem intermissa, sed eo absente ab alijs curabantur, ijsq; Ludis singuli Senatores unam diem in uestibulis aedium suarum epulati sunt. Idem in Elagabalo. Currus agitabat praesino uestitu. Ibi erant praefecti certaminis, omnes, qui primi apud ipsum erant, sed praesertim praefecti praetorio, Auiam, mater, & uxores. Hunc uiri ordinis Senatorij atque Leo praefectus Urbis spectabant currus agitantem, petentemque aureos ut plebeium hominem, ac praefectos certaminum, militesque ipsius colentem. Cassiodorus variarum libro VI. Formulae praefecturae Urbanae spectaculorum suo tempore curam ad Urbis praefectum pertinuisse, ita tradit: Habes copiosè unde tibi gratiam **C**tantae Ciuitatis acquiras, si spectaculum quod praebetur uoluptati, non sit causa litigij. Suauiter enim cogit gratum esse populum quisquis in certaminibus partium decernat iniustum. Idem in Formula Vicarij Urbis Romae auctor est Vicarium ipsum Ludos quosdam Praeneste procurasse, Fortunae credo.

## DE CIRCENSIVM SPECTACVLORVM HORIS.

## Cap. XIII.



**V**ARIO diei tempore spectacula Circensia edebantur. Tranquillus in Caio cap. XVIII. Edidit Circenses plurimos à mane usque ad uesperam. D. Augustinus libro VIII. Confessionum, in meridie celebrari solitos ostendit, ubi spectaculum Circensium pomeridianum uocat. Et Suetonius in Claudio, cap. XXVIII. Huc fortè alludit quum ait: Bestiaris meridiansque adeo delectabatur, ut à prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo procederet.

Idem in Augusto cap. XLV. Spectaculo Circensi plures horas, aliquando totos dies aberat. Socrates & Sozomenus in Historia Ecclesiastica, ubi de Theodosij Imperatoris obitu agunt, Circensēs à mane usq; ad uesperam produci solitos scribunt.





**Q**UANTUM in Kalendarij Romani expositione abundè hoc argumen-  
tum tractauerim, non alienum tamen ab hoc instituto erit, ea quæ in  
eo libro fusius scripsi, hoc loco breuissimè repetere, ne qui huius libri  
lectioni uacauerint, hac eius necessaria parte ad præfens fraudentur.

*Ludorum  
Circensiu  
diuisio.*

*Ludi ma  
gni siue  
Romani,  
Cõsualia,  
Equiria,  
Megale-  
sia, & Co  
realia ro  
cati.*

*Ludoru  
causae.*

Ludi igitur Circenses, quemadmodum etiam alij, aut ordinarij erant,  
aut imperatiui. Rursum imperatiui, aut uotiui, aut extraordinarij. Tam uotiui quam  
extraordinarij siue publici, siue priuati erant, hoc est uel à magistratibus, uel à priua-  
tis ciuibus dabantur. Hi omnes uel in Deorum cultum fiebant, ut Iouis, Iunonis, Mi-  
neruæ, Neptuni, Martis, Cybeles, Cereris, & caeterorum, Ludi magni siue Romani,  
Consualia, Equiria, Megalesia, & Cerealia uocati, de quibus in alio libro disputauim,  
uel in hominum, ut magistratum & Imperatorum, uictoriarumq; eorundem hono-  
rem, edebantur, uel in mortuorum memoriã celebrabantur. Quæ omnia latius in  
Kalendarij Romani interpretatione explicauim, Et leuissimè his uerbis lib. vi. de uero  
cultu, exponit Lactantius sic: Ludorum celebrationes Deorum festa sunt, si quidem  
ob natales eorum, uel templorum nouorum dedicationes sunt constituti, &c.

De Ludis ordinarijs alius erit dicendi locus. Uotiui uerò & extraordinarij varias  
ob causas fiebant. Ut in publicis bellorum & pestilentiarum calamitatibus, Deum  
pacis exposcendae, iraq; mitigandae causa. Quoties Resp. afflicta esset, si in eodem  
statu per certum tempus permaneret. Si prosperè aduersus populi Romani hostes  
pugnari contigisset, seditionis Urbanae, uel militaris sedandae causa, in dedicatio-  
bus templorum uotum prodigiorum expiandorum ergo, pro ualitudine Principis,  
pro reditu Imperatoris, & similibus causis. Extraordinarij autem Ludi non uoti e-  
rant, sed dabantur in templorum & omnium publicorum locorum dedicatione, ut  
Theatrorum, Basilicarum, Amphitheatrorum, Curiarum, & similibus, in publicis hi-  
laritatibus, & uictorijs Imperatorum, Diebus natalitjs uitae & Imperij Augustorum,  
eorundem adoptionibus, ludisque quinquennialibus, decennialibus, uicennialibus, &  
similibus, ob priuatorum hominum magistratus, demum mortuorum principum, uel  
nobilium memoriã. Quæ omnia ut dixi diffusè tractauim in alio libro, quem prope-  
diem publicabo. Hæc satis sunt quantum ad præfens argumentum pertinet.

## S P E C T A N D I R A T I O. Cap. XVI.



**A**RIA spectandi ratio Ludis Circensibus fuit, uarijque casus, dũ populus  
Romanus eo Ludicro uacare accedisse memrantur, diuersaq; Impe-  
ratorum res gestæ in uetustis annalibus dum spectarent referuntur.

Quorum omnium præcipua quaedam ex antiquis auctoribus promam.  
Arnobius lib. III. aduersus gentes. Sedent in specta culis publicis sacer-  
dotum omniũ magistratumq; collegia, Pontifices maximi, maximi Curiones, XV uir-  
ri laureati, Diales cum apicibus Flamines, Augures interpretes diuinæ mentis, &  
uoluntatis, castæ uirgines perpetui nutrices & conseruatrices ignis. Sed & cunctus  
populus, & Senatus Consularibus functi patres Dijs proximi, & augustissimi Reges.  
Liuus lib. x. L. Papirio, & Sp. Caruilio Consulibus, Coronati primum, ob res bello  
bene gestas Ludos Romanos spectauerunt. Idem lib. xl. Negocium Aedilibus da-  
tum, ne quem posthac paterentur in foro Circoue nisi positis lacernis togatum con-  
sistere. Et lib. v. ubi de matronis legitur: Grata ea res Senatui fuit, honoremq; ob  
eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pileatae ad Sacra Ludosq; Carpen-  
tis festo profestoque ueherentur.

*Qui Coro  
nati spe-  
ctabant  
Ludos.  
Lacernis  
positis spe-  
ctabant.  
Matrona-  
rum hono-  
res.*

Plut.








SEX · AMPHITHEATRI · FLAVIANI · ANTEIQVI · NVMMI · AE

Venetijs Anno salutis  
 M · D · LXXX.





C



S · C

REIS · SIGNEIS · OPERA · ONVPHRII · PANVINII · VERONENSIS · EXPRESSI

GRÈ · XIII · PAPA  
Cum privilegij



C



S · C





R. 11.

A Plut. in Paulo Æmilio. Sedente Populo Romano in Circensi spectaculo, subito rumor à prima Circi parte manauit, Æmilium hostibus superatis Macèdoniam cepisse, isq; sermo per totum Circum diffusus læticia & gratulatione Ciuitatem repleuit. Et paulò infra: Populus Romanus nitidis uestibus ornatus in Circis, & in locis circa forum ad hoc ipsum ex ligno fabricatis sese ad spectandum triumphū comparauit.

Dio lib. LXXI. in Nerone. Elephanti qui curram Augusti egerant, in Circum ingressi, quum eo usq; ubi Senatores sedebant uenissent, vltra non progressi constiterunt. Macrobius libro v. Saturnalium: Vomitoria in spectaculis dicimus unde homines glomeratim ingredientibus in sedilia se fundunt. Tranquillus in Claudio, cap. vi. Equester ordo Claudio adhuc priuato spectaculis aduenienti assurgere, & lacernas deponere solebat. Idem in Caio, cap. xxvi. Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium omnes sustibus abegit, elisq; per eum tumultum xx. amplius Equites Romani, totidem matronæ superinnumeram turbam caeteram.

B Herodianus lib. IIII. Quum Circenses spectante Caracallo Populus Romanus in Aurigam cui studebat, nescio quid cauillatus esset, ratus sibi contumeliam illatam, repente omnem exercitum in populum impetum facere iussit. Spartianus in Iuliano. Occupatis indifferenter omnium subsellijs, Circensi spectaculo populus geminauit conuicia in Iulianum, Pescennium Nigrum, qui iam imperare dicebatur, ad Urbis præsidium vocauit. Et in Nigro. De Pescennio Nigro iudicium populi ex eo apparuit, quod quum Ludos Circenses Iulianus Romæ daret, & indiscretè subsellia Circi Maximi repleta essent, ingentique iniuria populus affectus esset, per omnes uno plausu Pescennius Niger ad tutelam Urbis est expetitus, odio Iuliani, & amore occisi Pertinacis. Dio in Caracallo. Principatum tenente Antonino, Imperium Romanū adeo uastatum & direptum est, ut Ludis Circensibus Populus Romanus ita conclamauerit: Nos uiuos perdimus, ut mortuos sepeliamus. Ammianus Marcellinus libro xv. Euenerat autem ut antequam huiusmodi aliquid ageretur in Gallijs, Romæ in Circo Maximo populus incertus ratione quadam percitus an præfagio, ut Siluanus de uictus magnis uocibus exclamaret.

De varijs hominum generibus ad Ludos Romæ confluentibus extat hoc Martialis Epigramma lib. i. ad Cæsarem Domitianum.

*Quæ tam seposita est, quæ gens tam barbara Cæsar*

*Ex qua spectator non sit in Vrbe tua.*

*Venit ab Orpæo cultor Rhodopeius Harmo,*

*Venit ex epoto Sarmata pastus equo.*

*Et qui prima bibit, depressi flumina Nil,*

*Es quem supremæ Tethyos unda ferit*

*Festinauit Arabs festinauere Sabæi.*

*Et Cilices Nimbis hic maduere suis.*

*Crimibus in nodum tortis uenere Sicambri.*

*Atq; aliter tortis crimibus Aethiopes.*

*Vox diuersa sonat populorum, est vox tamen una;*

*Quum uerus patriæ diceris esse pater.*

D De priuatis uerò personis Circensia spectantibus, & uarijs earundem casibus, breuiter etiam disseramus. De Cn. Pompeio Magno. P. Velleius Paternus libro 11. T. Ampius, & T. Labienus Tribuni Plebis, legem tulerunt, ut Ludis Circensibus Corona aurea, & omni cultu triumphantium Cn. Pompeius Magnus post bellum Mithridaticum uteretur. Scenicis etiam, prætexta, & coronaq; aurea. Id ille non plus quam semel, & hoc sanè nimium fuit, usurpare sustinuit. Dio lib. XXXVII. Decretum est, ut Cn. Pompeius post uictoriam Mithridaticam, in omnibus festis solennibus Lauream gestaret, in ijsq; omnibus Paludamentum ferret, & uestem triumphalem in

*Elephanti  
in Circo.*

*Vomito-  
ria.*

*Cæsi seu  
tiam spe-  
ctatores.*

*Caracalli  
sentia.*

*Studium  
populi in  
Nigro.*

*Cn. Pompeius.*



- equestribus certaminibus indueret, E
- C. Caesar  
dicitur.* De C. Caesare Dictatore, Dio libro XLIII. Caesar post uictoriam Hispaniensem, S. C. uestem triumphalem omnibus Ludis gestauit, semper & ubiq; Laurea corona usus. Idem lib. XLIII. Primum Caesari ex S. C. datum est, ut semper uteretur ueste triumphali, etiã intra Urbem. Deinde etiam ut semper Curuli sella sederet exceptis Ludis, tum enim sessio ei in Tribunio subsellio cum ijs qui quo tempore Tribunatum plebis gererent, concedebatur. Canis canem in Circo cum fieret equestre certamen laniauit ac deuorauit. Idem lib. LI. Caesare victore decretum, vt in hymnis iuxta Deos immortales ipse adscriberetur, Corona triumphali omnibus Ludis uteretur, Senatores focij eius uictoriae, in triumpho una cum ipso praetextati inueherentur.
- Augustus* Tranquillus in Augusto, cap. XLV. Ipse Circenses ex amicorum fere libertorumque caenaculis spectabat, interdum è puluinari, & quidem cum coniuge, & liberis sedens, Spectaculo plures horas, aliquando totos dies aberat, petita uenia, commendatisque, qui sua uice praesidendo fungerentur. Verum quoties adesset, nihil praeter ea agebat, seu uitandi rumoris causa, quo patre Caesarem vulgò reprehensum cõmemorabat, quod inter spectandum epistolis libellisq; legendis, ac rescribendis uacaret, seu studio spectandi ac uoluptate, qua teneri se neque dissimulauit unquam, & saepe ingenuè professus est. Idem in Claudio, cap. IIII. Ex Epist. Augusti ad Liuiam uxorem: spectare Claudium Circenses è puluinari non placet nobis. Expositus enim in prima sede spectaculorum conspicietur.
- C. Caligula.* De C. Caligula, Dio lib. LIX. Caius curricula aurigis non constituit, sed praesidens cum sororibus, & collegijs in sacerdotio Augustali spectauit.
- Nero.* De Nerone, Tranquillus cap. XXII. Quum inter initia Imperij eburneis quadrigis quotidie in abbaco luderet, ad omnes etiam minimos Circenses secessu comibat, primo clam, dein propalam, ut nemini dubium esset eo die utiq; adfuturum.
- Marcus.* De Marco Iulio Capitolinus. Marci consuetudo erat, ut in Circensium spectaculo legeret, audiret, ac subscriberet.
- Constantinus.* Marcellinus lib. XVI. De Constantio: Constantius Imperator saepe quum equestres ederet Ludos, dicacitate plebis oblectabatur, nec superbè nec libertate coalita disciscens, reuenter quoq; modum ipse debitum femans.
- Sidonius lib. I. in Epist. ad Montium. Postridie iussit Augustus Maiorianus, ut epulo suo Circensibus Ludis interessemus. Primus iacebat cornu sinistro Consul ordinarius Seuerinus, uir inter ingentes principum notus, atq; in aequalem Reip. statum gratiae semper aequalis. Iuxta eum Magnus olim ex praefecto nuper ex Consule par honoribus persona geminatis, post se Camillo filio fratris, qui duabus dignitatibus & ipse decursis pariter ornauerat Proconsulatum patris, parui Consulatum. Poenonius huic propter, atq; dehinc Antemius, hunc sequebatur Gratianensis, qui Seuerinum ueluti honore postibat, ita fauore praecesserat. Vltimus ego iacebam, &c.
- Hæc scripta sunt Anno Christi. CDLXI.
- Hadriani  
laus.* Dio in Hadriano. In Circensibus Ludis Consules apprimè Hadrianus honorabat, Hadriani domumq; è Circo illos reducebat. Idem lib. LVI. Decretum ut Ludos Augustalia uocatos Tribuni plebis tanquam sacri celebrarent, ijq; omnia reliqua ex quo consueuerunt fieri more peregerunt, ueste triumphali Ludis Circensibus usi. Currum tamen non conscenderunt. Idem lib. I. refert Tacitus. Decretum ut Tribuni plebis Ludis Augustalibus per Circum triumphali ueste uterentur, curru uehi haud permissum.
- Marcellinus libro XXI. Postridie Ludis Circensibus, idem ex aduerso Imperatoris ubi consueuerat, spectans, repentino clamore sublato, quum certamen opinatum emitteretur, diffractis cancellis quibus una cum pluribus incumbebat, cunctis cum eo in unum excussis, læsisque leuiter paucis, interna compage disrupta, efflasse spiritum repertus est solus. Vnde Constantius futurorum quoq; praescius exultabat.
- Spartianus

Aspartianus in Iuliano, & Nigro: Inde ad Circense spectaculum itum est quod Iulianus dabat, sed occupatis indifferenter in Circo Maximo omnium subfellijs, ingentique iniuria populus affectus, geminavit conuitia in Iulianum, & Piscennium Nigro II. de philosophica consolatione de se ipso loquens ait: Quum in Circo duorum medius Consulum circumfusae multitudinis expectationem triumphali largitione satiasti, dedisti uerba fortunae: Idem Ammianus libro XXVIII. ubi Romanae plebis mores sub Valentiniano & Valente Imperatorib. describit, Circi spectaculū <sup>plebs in Circo.</sup> scitissimè exponit his uerbis: Nunc ad ociosam plebem ueniamus, ac desidem. Hi omne quod lucrantur uino ac tesseriis impendunt, & lustris, & uoluptatibus, & spectaculis, eisque templum, & habitaculum, & concio, & spes omnis Circus est Maximus. Et uidere licet per fora, & compita, & plateas, & conuenticula, circulos multos collectos in se controuersis iurgijs ferri, alijs aliud ut fit, defendentibus: inter quos hi qui ad satietatem uixerunt, potiores auctoritate longaeva per sanos, & fora clamant saepe, Rempublicam stare non posse, si futura concertatione, quem quisque uindicat carceribus non exluerit princeps, & circumflexerit metam. Exoptato die Equestrium Ludorum inlucescente nondum Solis puro iubare, fufius omnes se finant praecipites, ut uelocitate currus ipsos anteeant certaturos, super quorum eue tu discissis uotorum studijs, anxij plurimi agunt peruigiles noctes, unde si ad theatralem uentum fuerit utilitatem, artifices scenarij per sibilos exploduntur, si qui sibi aere humiliorum non conciliauerit plebem, cui si defuerit strepitus, ad imitationem Tauricae gæis peregrinos uociferatur pelli debere, quorū subfidjs semper nisi sunt ac steterant, & tetrīs uocibus, & absurdis, quæ longè abhorrent à studijs, & uoluntate ueteris illius plebis, cuius multa facetè dicta memoria loquitur, & uenusta, id enim nunc repertum est pro sonitu laudum impensiore, per applicatos homines ad loquendum, ut in omni spectaculo, exodiano, venatori, aurigae, & histrionum generi Comi, & iudicibus celsis, itidemq; minoribus, necnon etiam matronis clametur assidue, per te ille discat, quid autem debeat disci nemo sufficit explanare.

Lactantius libro VI. de uero cultu: Circensium Ludorum ratio quid aliud habet, nisi leuitatem, vanitatem, insaniam. Tanto namque impetu concitantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur, ut iam plus spectaculi exhibeant qui spectandi gratia ueniunt. Cum exclamare, & offerre, & exilire cœperint. Vitāda ergo spectacula omnia, non solum ne quid uiciorū pectoribus insidat, quæ sedata & pacifica esse debent, sed ne cuius nos uoluptatis consuetudo delinuat, adeo & à bonis operibus auertat. Idem in epitome diuinarum institutionum. Circus non innocentior aestimatur, sed maior hic furor est, si quidem mentes spectantium tanta feruntur insaniam, ut non modo in conuitia, sed etiam in rixas, necnon & in praelia, & contentiones saepe cōsurgant. Seneca lib. XII. epistolarum ad Lucilium epistola XXV. Ecce Circensium obtrepit clamor, subita aliqua & immensa uoce feriuntur aures meae. Nec cogitationem meam excutiunt, nec interrompunt quidem. Fremitum patientissimè fero, multae uoces & in unum confusae pro fluctu mihi sunt aut uento siluam verberante, & caeteris sine intellectu sonantibus. Cassiodorus de Circensi spectaculo loquens ait: Spectaculum expellens grauissimos mores, inuitans leuissimas contentiones, euacuatio honestatis, fons irriguus iurgiorum, quod uetustas habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse lubricum: quod merito creditur dicatum numerosae superstitioni, ubi ab honestis moribus sic constat excidi. Hoc etiam dicimus omnimodè stupendum, quod illic supra caetera spectacula furor animorum inconsulta grauitate rapiatur. luucnalis Satyra VIII.

*Qui saturant Urbem Circo scæneq; uacantem.*

Et Satyra IX.

*Qui*



qui me ceruice locata  
Securum iubeant clamoso insistere Circo.

Et Satyra x.

Quid si uidisset Praetorem in curribus altis  
Exstantem, & medio sublimem in puluere Circi,  
In tunica Iouis, & pietæ serena ferentem  
Ex humeris aulaea togam, magnaeq; coronae,

Contra Circensium spectacula multa Tertullianus scribit. Martialis libro IIII.

De Horatio.

Speſtabat modo ſolus inter omnes  
Nigris mumis Horatius lacernis  
Cum plebs & minor ordo maximusq;  
Sancto cum duce candidus ſederet,  
Toto nix cecidit repente coelo  
Albis ſpeſtat Horatius lacernis,

DE LVDIS CIRCENSIBVS PER DIVERSAS CIVITATES  
editis. Cap. XVII.

Circenses  
Mediolani.



CIRCENSES Ludos praeter Romã & Constantinopolim, Mediolani in Italia, Antiochiae in Suria; Arelate in Gallia, & alibi per Provincias Romanas editos fuisse, ex ueterum monumentis obseruauit. Aufonius Gallus Circi Mediolanensis ita mentitur.

Et Mediolani mira omnia, copia rerum  
Innumerac cultaeq; domus sacunda uirorum  
Ingenia, antiqui mores, tum duplici muro  
Amplificata loci species, populiq; voluptas  
Circus, & inclusi moles cuneata theatri,  
Templa palatinaeq; arces, opulensq; moneta,  
Et regio Herculei celebris sub honore lauacri  
Cunctaq; marmoreis ornata perisyla signis  
Moeniaq; in uallo formam circundata limbo  
Omnia, quae magnis operum uelut aemula formis  
Excellunt, nec iuncta premit uicinia Romae.

Socrates Historiae Ecclesiasticae, lib. v. cap. xxvi. Quum Honorius Mediolanum uenisset, Imperator Theodosius à morbo nonnihil releuatus, uictoriae gratia Ludos Equestres instituit, & ante prandium quidem melius habens, Equestria certamina spectabat, à prandio uerò confestim malè se habebat, nec ad spectacula redire ualebat. In filium itaq; ea disponendorum Equestrium certaminum cura coniecta, ipse superuenienti nocte obiit, Olybrio & Probino Consulibus.

Antiochiae.

Et Sozomenus eiusdem Historiae libro vii. cap. xxviii. Honorium ubi uenisse Mediolanum conspicatus est Imperator Theodosius, leuius habere uisus est, ita ut & ad spectandos Ludos Circenses prodiret. Subito autem à prandio quum rursus malè haberet, filio committit ut Ludorum spectaculum ipse absoluat, & sequenti nocte migravit. De Circensibus Antiochiae editis Marcellinus lib. xiiii. ubi de plebe Antiochena loquitur: Quod est studiorum omnium maximum, ab ortu ad uesperam Sole fatiscunt, uel pluuijs praemia aurigarum equorumq; praecipua, uel edita scrutantur; & est admodum mirum uidere plebem innumeram mentibus ardore quodam infuso cum dimicationum curilium euentu ponderantem. Et paulò infra, ubi de Gallo Caesare loquitur Antiochiae agente: Erat autem diritatis eius hoc quoq; indicium

A iudicium nec obscurum, nec latens, quod Ludicris cruentis delectabatur, & in Circo uel sex uel septem aliquoties uictis certaminibus pugilum uicissim se cōcidentium, perfusumque sanguine specie, ut lucratus ingenita lactabatur.

De Ludis Circensibus Arelate habitis, idem Marcellinus libro eodem. Arelate hyemem agens Constantius post Theatrales Ludos atque Circenses, ambitioso editos apparatu, insolentia pondera grauius librabat. Tacitus libro xv. Decretum à Senatu ut Ludicrum Citcense, ut Iuliae genti apud Bouillas, ita Claudiae Domitiaeque apud Antium ederentur.

Arelate.

Bouilli  
Anty.

TEMPVS QVO VNVMQVODQVE CIRCENSIVM LVDICRVM  
fieri desijt. Cap. XVIII.



INGVLORVM Circensium Ludicrorum origine, & declaratione, usque explicatis, rei ipsius ordo iure exposcere uiderur, ut quando unumquodq; ipsorum celebrari desierit, quantum à me in tanta rerum obscuritate fieri poterit, aperiam.

Pompam Constantini principatu sublatam fuisse ex Zosimo constat: nam Christianorum sacris initiatus, antiquam superstitionem, quæ hac supplicationum pompa maximè conseruabatur, quantum potuit, & temporum illa conditio tulit, circa Annum Christi cccxxv. labefactauit.

Quando  
Pompæ  
desijt.

Naumachiac quoque spectacula circa ea tempora in usu esse desijisse facile crediderim: nam post Constantinum pauci admodum per multa saecula Imperatores, quorum id praecipuè muneris erat, Romae permanserunt, & nulla amplius apud ueteres auctores quod sciam eius Ludicri mentio extat.

Nauma-  
chia.

Pugnas equestres, pedestres, & uenationes, usque ad Iustiniani Augusti Imperium Romae perdurasse, alicubi obseruauim. Caeterum postquam Bellum Gothicum inchoatum est, Oriensque qui bestias mitteret hostem Romanis Imperatorem, & principem Urbem Constantinopolim haberet, Africa quoque uel intestinis tyrannorum rebellionibus, uel Vandalorum tyrannide uexata, huic muneri uacare amplius non posset, hæc spectacula fieri desiere, Imperij maiestate indies imminuta, & Barbaris Italiam, & caeteras Occidentalis Imperij prouincias, uastantibus. Nisi nostri saeculi Ludicra, quæ aliquot taurorum exhibitione fieri solent, uenationes appellare quis uelit, quibus nihil cum antiquis simile, quum inconditè, ineptè, nulla in conficiendis bellis arte, sed tumultuarie, & sine ullo pugnae artificio fiant.

Pugnae  
equestres  
& pedes-  
tres.  
Item ue-  
nationes,  
quando  
fieri desie-  
runt.

Bello Gothico Italico, quod cum Vitige, & Totila, fortissimis Regibus, belli ducebatur, & Narfe, xlix, annorum intervallo gessit Iustinianus Imperator, reliqua Circensium spectacula Romae, & in Italia praeter Troiae Ludum sublata fuerunt, quum Urbs, olim Orbis terrarum domina, toto Imperio exuta, Graeculorum principum & Exarchorum uile mancipium facta fuerit. Ex tot porro Circensium Ludicris unum tantum (ut dixi) Romae, & aliud reliquum in Oriente apud Constantinopolim fuit curule scilicet, & Equestre certamen, quod usque ad Alexium Comnenum, quo imperante, Constantinopolis à Venetis & Gallis capta fuit perdurauit: Vbi in extracto à Constantino magno Imperatore Circo, quem Graeci ab eorum cursu Hippodromum uocabant, exhibitum fuit.

Reliqua  
spectacu-  
la quædo  
abolita.



DE LVDIS ANTIQVIS, QVORVM HODIE VESTIGIA SIVE E  
potius umbrae aliquae supersunt. Cap. XIX.

Ludus  
Troiae  
Testatij  
dictus.



ROMAE uerò antiquus Troiae Ludus usurpatus fuit, quem quibusdam alijs Barbaris spectaculis, & magnificis pro temporum conditione apparatus animalium, & hominum cursibus, & ineptis Taurorum uenationibus additis, recentiores Romani Agonis, siue Testatij Ludos hodie uocant. Ex antiquis etiam hominum, & singulorum equorum Circensibus Ludicris nostro tempore Romae, & per Italiam reliquus est hominum itidem, & diuersorum animalium, ut equorum, asinorum, & bubalorum inconditus, & sine ullo Ordine ab uno principio ad certum terminum protensus cursus, antiquisque illis Circensibus nihil simile habens praeter currendi usum, ut ea quae scripsimus, & hodiernum cursum accuratè consideranti, manifestum erit.

Quo an-  
malia cir-  
rãt hodie  
Romae,  
& alibi.

Hodie porrò nouem in Vrbe cursus genera sunt, quattuor hominum, quinque bestiarum. Ex hominibus currunt Iudaei, pueri, iuuenes, & senes. Veronae in patria mea, currunt etiam mulieres. Ex bestijs Asini, bubali, equi, equae, & equi Numidae, Barbari vulgò uocati, de quo currendi more quum Barbarus, & ineptus sineque ulla disciplina sit, nihil est quod dicam.

Claudianus Libro Secundo in Eutroplum Eunuchum de Circensibus Arcadio, & Honorio Imperatoribus scribens, ait:

*Ergo ubi collecti proceres, qui rebus in artibus  
Consulerent, tantisque darent solatia morbis,  
Obliti subito Phrygiae, bellisque relictis  
Ad solitos coepere iocos, & iurgia Circi  
Tendere, nec quiquam magna conflagit ira.  
Quis mediis vibrata puer vertigine molli  
Membra rotet? uertat quis marmora crine supino?  
Quis magis enodes laterum detorqueat artus?  
Quis uoci digitos, oculos quis moribus aptet?  
Hi tragicos meminere modos, his fabula Terentus,  
His necdum commissa thoro cantatur Aegae.*

Item in Panegyrico Consulatus Fl. Manlij Theodori. v. c. quum Ludos in eius Magistratu editos describit, ita canit:

*Uranie redimita comas, qua saepe magistra  
Manlius igniferus radio descripserat axes,  
Sic alias hortata Deas: Patimur ne sorores  
Optato procul esse die? nec limina nostri  
Consulis, & semper dilectas uisimus aedes?  
Et fasces subisse libet? miracula plebi  
Colligite, & claris nomen celebrate theatris.  
Tu Iouis aequorei submersam fluctibus aulam  
Oratum uolucres Erato iam perge quadrigas  
A quibus haud unquam palmam rapturus Arion  
Illustret Circum somipes, quicumque superbo  
Perstrepit binnitum Betim, qui splendida potat  
Stagna Tagi, madidoque inbas abstergitur auro.  
Calliope liquidas Alcidem posse palestras,  
Cuncta Palaemonijs manus explorata coronis  
Adsit, & Helasco pubes laudata Tonanti.*

Alludit  
ad qua-  
drigaru  
cursum  
in Circen-  
sibus.

Alludit  
ad pug-  
les.

A

Tu iuga Taygeti, frondosaq; Maenala Clio  
 I, Triviae supplex, non aspernata rogantem  
 Amphitheatrali fauceat Latonia pompa,  
 Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum  
 Arte ligent, certoque premant venabula nisa,  
 Ipsa truces foetus, captiuaque ducat ab antris  
 Prodigia, & caedis sitientem deferat arcum  
 Conueniat vrsi, magna quos mole ruentes  
 Torua Lycaonijs Helice miretur ab astris,  
 Perfossique ruant populo pallente Leones,  
 Quales Mygdonio currum frenare Cybelle  
 Optat, & Herculi mallent fregisse lacerti,  
 Obuia fulminei properent ad vulnera Pardi,

Alludit  
 ad venationes ferarum.

B

Semine permixto geniti, quum forte Leenae  
 Nobiliorem vterum viridis corrumpit adulter,  
 Hi maculis patres referunt, & robore matres,  
 Quicquid mon striferis nutrit Cretalia campis  
 Alpina quicquid tegitur niue, Gallica si quid  
 Silua timet, iaceat, largo distecat barena  
 Sanguine, consument totos spectacula montes,  
 Nec molles egeant nostra dulcedine Ludi,  
 Qui laetis risum salibus, mouisse faceris  
 Qui nutu manibusque loquax, cui tibia flatis,  
 Cui pleetro pulsanda chelys, qui pulpita sacca  
 Personat, aut alte graditur maiore corburno,  
 Et qui magna leui detrudens murmura tabu,

Alludit  
 ad scenicos Ludos

C

Innumeras voces segetis moderatus abenae  
 Intonat erranti digito, penitusque trabali  
 Veste, laborantes in carmina concitat undas.  
 Vel qui more auium sese iaculantur in auras  
 Corporaque aedificant, celeri crescentia nexu  
 Quorum compositam puer augmentatus in artem  
 Eminet & uinctus plantae, vel curribus haerens  
 Pendula librato figat vestigia saltis  
 Mobile ponderibus descendat pegma reductis,  
 Inq; chori speciem spargenteis ardua flammis  
 Scena rotet, varios effingat Mulciber orbes,  
 Per tabulas impune vagus, pietasque citato  
 Ludant igne trabes, & non permessa morari  
 Fida per innocuas errent incendia turres.

Alludit  
 ad funambulos.

D

Lasciuui subito configant aequore lembi,  
 Signaq; remigibus spument inuersa canoris;  
 Consul per populos, idemq; grauissimus auctor  
 Eloquij duplici vita subnixus in acuum  
 Procedat pariter libris fastisq; legendus  
 Accipiat patris exemplum, tribuatq; nepoti  
 Filius, & coeptis ne desit suscipibus haeres,  
 Decurrat trabeata domus, tradatq; secures  
 Mutua posteritas, seruatq; ordine sati,  
 Manlia continuo numeretur Consule proles.

Alludit  
 ad nau-machiam.

Q

Q. SE-



DE LVDIS CIRCENSIBVS,  
 Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, E  
 DE SPECTACVLIS LIBER.



VI status fidei, quae ratio ueritatis, quod praescriptum disciplinae, inter caetera secularium errorum, etiam spectaculorum uoluptates adimat, Dei serui cognoscite: qui cum maximè ad Deum acceditis, recognoscite qui iam accessisse uos testificati & confessi estis, ne aut ignorando, aut dissimulando quis peccet. Tanta est enim uis uoluptatum, ut & ignorantiam protelet in occasionem, & conscientiam corrumpat in dissimulationem, aut utrumque. Adhuc forsitan alicui opiniones Ethnicorum blanditur, quae in ista causa aduersus nos ita argumentari consueuerunt: Nihil obstrepere religioni, in animo & conscientia tua tanta solatia extrinsecus oculorum uel aurium: nec uerò Deum offendi oblectatione hominis, qua saluo erga Deum metu, & honore suo, in tempore & suo in loco frui scelus non sit. Atquin hoc cum maximè paramus demonstrare, quemadmodum istaec non competant uerae religioni, & uerò obsequio erga Deum uerum. Sunt qui existiment Christianum expeditum mortis genus ad hanc obstinationem abdicatione uoluptatum erudiri, quo facilius uitam contemnant amputatis quasi retinaculis eius ne desiderent quam iam superuacua sibi fecerint ut hoc consilio potius & humano prospectu non diuino praescripto definitum existimerent. Pigebat scilicet etiam perseverantes in tantis uoluptatibus propter Deum mori. Quanquam etsi ita esset, tam apto consilio tantae obstinationis disciplinae debebat obsequium. Iam uerò nemo est qui non hoc quoque praetendat, omnia à Deo instituta & homini attributa (sicut praedicamus) & utique bona omnia, ut boni auctoris: inter haec deputari uniuersa ista ex quibus spectacula instruntur, Circum uerbi gratia & Leonem & uires corporis & uocis suauitates. Igitur neque alienum uideri posse, neque inimicum Dei, quod de conditione constet ipsius: neque cultoribus Dei uitandum, quod Dei non sit inimicum, quia nec alienum planae & ipsae extructiones locorum, quod saxa, quod caementa, quod marmora, quod columnae Dei res sint, qui ea ad instrumentum terrae dedit: sed & ipsi actus sub coelo Dei transiguntur. Quam sapiens argumentatrix sibi uidetur ignorantia humana; praesertim cum aliquid eiusmodi de gaudijs, & de fructibus seculi metuit amittere. Plures denique inuenias, quos magis periculum uoluptatis quam uitae, auocet ab hac secta. Nam mortem etiam stultus ut debitam non extimescit, uoluptatem etiam sapiens, ut tantum non contemnit, cum alia non sit & stulto & sapienti uitae gratia nisi uoluptas. Nemo negat, quia nemo ignorat quod ultra natura suggerit, Deum esse uniuersitatis conditorem, eamque uniuersitatem tam bonam, quam homini mancipatam. Sed quia non penitus Deum norunt, nisi naturali iure, non etiam familiari, de longinquo, non de proximo, necesse est ignorent, qualiter administrari aut iubeat aut prohibeat quae instituit, simul quis sit aemulus ex diuerso, adulterandis uisibus diuinae conditionis, qua neque uoluntatem neque aduersarium noueris eius, quem minus noveris. Non ergo hoc solum respiciendum est, quo omnia sint instituta, sed à quo conuersa. Ita enim apparebit cuius uis sint instituta, si appareat cuius non sint. Multum interest inter corruptelam, & integritatem, quia multum est inter institutorem, & interpolatorem. Caeterorum omnes species malarum, quae etiam Ethnici indubitatè & prohibent & defendunt, ex operibus Dei constant: Vis homicidii ferro, ueneno, magicis deuinationibus perficit. Tamen ferum Dei res est, quae herbae, quae Angeli. Nunquid tamen in hominis necem auctor ista prouidit? Atquin omnè homicidij specie uno & principali praeepto interemit: Non occides. Proinde aurum, aes, argentum, aebur, lignum & quae eamque fabricandis idolis materia captatur, quis in saeculo posuit nisi saeculi auctor Deus? Nunquid tamè ut haec aduersus ipsam adorentur? Atquin summa offensio penes illam idololatria est, quid non  
 Dei

A Dei est quod Deum offendit? Sed cum offendit, Dei esse desijt, & cum desijt, offendit. Ipse homo omnium flagitorum actor, non tantum opus Dei, uerum etiam imago est, & tamen & corpore & spiritu desijt à suo institutore. Neque. n. oculos ad concupiscentias sumpsumus, neq; linguam ad maliloquium, & aures ad excepta culum maliloquij, & gulam ad gulae crimen, & uentrem ad gulae satietatem, & genitalia ad excessus impudicitiae, & manus ad uim, & gressus ad uagam uitam, aut spiritus, ideo institutus corpori, ut insidiarum, & fraudum, & iniquitatum cogitatorium fieret, nò opinor. Nam si omnem malignitatem, & si tantam malitiam excogitatum Deu exactor innocentiae odit, indubitatè quaecunq; condidit non in exitum operum constat condidisse qui damnat, licet eadem opera per ea quae condidit administrètur, quando haec sit tota ratio damnationis peruersa administratio conditionis à conditis. Nos igitur qui domino cognito etiam aemulum eius inspicimus, qui institutore comperto etiam interpolatorem unà deprehendimus, neque mirari, neque dubitare oportet, B eum ipsum hominem opus & imaginem Dei totius uniuersitatis possessorem illa vis interpolatoris & aemulatoris Angeli ab initio de integritate deiecerit, uniuersam substantiam eius pariter cum ipso in peruersitate demutatam aduersus institutorem: ut quam doluerat homini concessam, non sibi, in ea ipsa & hominem reum Deo faceret, & suam dominationem conlocaret. Hac conscientia instructi aduersus opinionones ethnicorum, conuertamur magis ad nostrorum detractatus, Quorundam .n. fides aut simplicior, aut scrupulosior ad hanc abdicatione spectaculorum de scripturis auctoritatem exposcit, & se in incertum constituit, quod non significanter, neque nominatim denunciatur seruis Dei abstinentia eiusmodi. Planè nusquam inuenimus quemadmodum apertè positum est: Non occides, non idolum coles, non adulterium, non fraudem admittes: ita exerte definitum, non in Circum ibis, non in Theatrum, agonem, munus non spectabis, Sed inuicimus ad hanc quoque speciem pertinere illam primam uocem Dauid, Felix, (inquit,) qui non abiit in Concilium impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit, Nam etsi iustum illum uideretur praedicasse quod in concilio & in confesso Iudeorum de Deo denegando consultantium non communicauit, latè tamen semper scriptura diuina diu iditur, ubicunq; secundum praesentis rei sensum etiam disciplina munitur, ut hic quoque non sit aliena vox à spectaculorum interdictione. Si. n. pauculos tunc Iudaeos impiorum concilium uocauit, quanto magis tantum conuentum ethnici populi: ni pij ethnici, minus peccatores, minus hostes Christi, quàm tunc Iudaei, quò & cætera congruunt. Nam apud spectacula & in uia statur, Vias enim uocant cardines balteorum per ambitum, & discrimina popularium per procliuium, Cathedra quoque nominatur ipse in anfractu ad confessum situs. Itaque contrariò infelix qui in quocunq; concilio impiorum abierit, & in quacunque uia peccatorum steterit, & in quacunque cathedra pestium federit, generaliter dictum intelligamus, cum quid etiam specialiter interpretari capit. Nam specialiter quaedam pronuntiata, generaliter sapiunt. Cum Deus Israelitas admonet disciplinae uel obiurgat, utique ad omnes habet: cum Aegypto & Aethiopiae exitium comminatur, in omnem gentem peccatricem praedudicat. Sic omnis gens uocatur Aegyptus & Aethiopia, à specie ad genus. Quemadmodum etiam de origine spectaculorum omne spectaculum concilium uocat impiorum, à genere ad speciem. Ne quis argumentari nos putet, ad principalem auctoritatem conuertat ipsius signaculi nostri. Cum aquam ingressi, Christianam fidem in legis suae uerba profitemur, renunciaffe nos diabolo, & pompae, & Angelis eius ore nostro contestamur, Quid erit summum ac praecipuum, in quo diabolus; & pompae, & Angeli eius censeantur, quam idololatria? ex qua omnis impudus & nequam spiritus, ut ita dixerim, quia nec diutius de hoc. Igitur,



si ex idololatria uniuersam spectaculorum paraturam constare constiterit, indubitatae praedictum erit etiam ad spectacula pertinere renunciationis nostrae testimonium in lauacro, quae diabolo, & pompae, & angelis eius sunt mancipata, scilicet per Idololatriam.

## VNDE LVDI DICTI.

COMMEMORABIMVS origines singulorum, quibus incunabulis in saeculo adoleuerint: exinde titulos quorundam, quibus nominibus nuncupentur: exinde apparatus, quibus superstitionibus instituantur: tum loca, quibus Praesidibus dicentur: tum artes, quibus auctoribus deputentur. Si quid ex his non ad idolum pertinuerit idem neque ad idololatriam, neque ad nostram eierationem pertinebit. De originibus quidem ut secretioribus, & ignotis penes plures nostrorum alius, nec aliunde inuestigandum fuit, quam de instrumentis ethnicarum litterarum. Extant auctores multi, qui super ista re commentarios ediderunt. Ab his Ludorum origo sic traditur. Lydos ex Asia transfugas in Hetruria confedissee, ut Timaeus refert, duce Tyrhenò, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Hetruria inter ceteros ritus superstitionum suarum, spectacula quoque religionis nomine instituunt. Inde Romani accersitos artifices mutuauerunt, tempus enunciationem, ut Ludi à Lydis uocarentur. Sed etsi Varro Ludos à Ludo, id est à lusu interpretetur, sicut & Lupercos Ludos appellabāt, quòd ludendo discurrant: tamen eum lulum iuuenum & diebus festis, & templis, & religionibus reputat. Nihil iam de causa uocabuli, cum rei causa idololatria sit. Nam & cum promiscuè Ludi Liberalia uocarentur, honorem Liberi patris manifestè sonabant. Libero enim à rusticis primò fiebant ob beneficium quod ei adscribunt pro demonstrata gratia uini. Exinde Ludi Consualia dicti, qui initio Neptunum honorabant. Eundem enim & Consu uocabāt. Dehinc Equiria Marti Romulus dixit: quāquam & Consualia Romulo defendunt, quòd ea Conso dicauerit Deo: ut uolunt, consilij: Cuius scilicet, quo tunc Sabinae uirginum rapinam militibus suis in matrimonia excogitauit: Probum planè consilium, & nunc quoque apud ipsos Romanos iustum & licitum, ne dixerim penes Deum. Facit etenim ad originis maculam, ne bonum existimes quod initium à malo accepit, ab impudentis uolentiae alio Deo, à fratricida institutore, à filio Martis: & nunc ara Conso illi in Circo defossa est ad primas metas sub terra, cum inscriptione huiusmodi, CONSVS CONSILIO, MARS DVELLO, LARES COMITIO POTENTES: Sacrificant apud eam Nonis Iulij Sacerdotes publici, XII. Kal. Septemb. Flamen Quirinalis, & uirgines: Dehinc idem Romulus Ioui Ferretio Ludos instituit in Tarpeio, quos Tarpeios dictos & Capitolinos Piso tradidit. Post hunc Numa Pompilius Marti & Robigini fecit. Nam & Robiginis Deam finxerunt. Dehinc Tullus Hostilius. Dehinc Ancus Martius, & caeteri quoque per ordinem. Et quibus idolis Ludos instituerunt, positum est apud Suetonium Tranquillum, uel à quibus Tranquillus accepit. Sed haec satis erunt ad originis de idololatria reatum, H

## DE TITVLIS.

ACCEDIT ad testimonium antiquitatis subsecuta posteritas, formam originis de titulis huius quoque temporis praefereus, per quos signatum est cui idolo, & cui superstitioni utriusque generis Ludi notarentur, Megalenses, & Apollinares, item Cereales, & Neptunales, & Latiare, & Florales in commune celebrantur: reliqui Ludorum de natalibus & solennitatibus Regum, & publicis prosperitatibus & municipalibus factis superstitionis, causas originis habent. Inter quos etiam priuatorum memorijs legatariae editiones parentant, id quoque secundum institutionis antiquitatem,

Nam

**A** Nam & à primordio bifariam Ludr censebantur, sacri & funebres, idest Dijs Nationum, & mortuis. Sed de idololatria nihil differt apud nos sub quo nomine & titulo, dum ad eosdem spiritus perueniat, quibus renunciamus, licet mortuis, licet Dijs suis faciant. Proinde mortuis suis, ut Dijs faciant, una conditio partis utriusq; est, vna idololatria, una renunciatio nostra aduersus idololatriam.

## DE APPARATIBVS.

**COMMVNIS** igitur origo Ludorum utriusque generis, communes & tituli, ut de communibus causis, proinde apparatus communes habeant necesse est de reatu generali idololatriae conditricis suae. Sed Circensium paulo pompator suggestus quibus propriè hoc nomen pompa, praecedit, quorum sit in semetipsa probans, de simulachrorum ferie, de imaginum agmine, de curribus, de thesis, de armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuuijs, quanta praeterea sacra, quanta sacrificia praecedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moueantur, sciunt homines illius Urbis in qua daemoniorum conuentus confedit. Ea si minore cura per provincias pro minoribus uiribus administrantur, tamen omnes ubique Circenses illuc deputandi, unde & petuntur, inde inquinantur, unde sumuntur. Nam & huius tenuis ex suo fonte, & furculus modicus ex sua fronde, qualitatem originis continet. Viderit ambitio siue frugalitas eius quod Deum offendit: qualiscunq; Pompa Circi & si pauca simulachra circumferat, in uno idololatria est: & si unam thesam trahat, locus tamen plaustrum est: quaeuis idololatria fordide instructa, vel modice locuples, splendida est censu criminis sui,

## DE LOCO,

**VT** & de locis secundum propositum exequar, Circens Soli principaliter consecratur: cuius aedes medio spatio, & effigies de fastigio aedis emicat, quod non putauerint sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. Quod spectaculum primum à Circe habent, Soli patri suo, ut uolunt, editum adfirmant: ab ea & Circi appellationem argumentantur. Plane uenefica eis utique negotium gessit hoc nomine, quorum Sacerdos erat, daemonijs & angelis scilicet. Quot igitur in habitu loci ipsius idololatrias recognoscis, singula ornamenta Circi singula templa sunt. Oua honori Castorum adscribunt, qui illos ouo editos credendo, de cygno Ioue non erubescunt. Delphinus Neptuno uoquent, columnas sessias à fermentationibus, messias à messibus, tutelinas à tuteljs fructuum, sustinent. Ante has tres arae trinis Dijs parent. Magnis, Potentibus, Valentibus. Eosdem Samothracas existimant. Obelisci enormitas, ut Hermateles adfirmat, Soli prostituta: scriptura eius, unde & census, de Aegypto superstitio est. Frigebat daemonum concilium sine sua Matre Magna; ea itaque illic praesidet euripo. Confusus (ut diximus) apud metas sub terra delitescit. Murtias quoque idololatriam fecit. Murtiam enim Deam amoris uolunt, cui in illa parte aedem uouere. Animaduerte Christiane, quot nomina immunda possederint Circum, Aliena est tibi religio, quam tot diaboli spiritus occupauerunt. De locis quidem locus est retractandi ad praueuendam quorundam interrogationem. Quid enim inquis, si alio in tempore Cirum adiero, periclitabor de inquinamento? Nulla est praescriptio de locis. Nam non sola ista conciliabula spectaculorum, sed etiam templa ipsa sine periculo disciplinae adire seruis Dei potest urgente causa simplici duntaxat, quae non pertineat ad proprium eius loci negotium, uel officium. Caeterum, & plateae, & forum, & balneae, & stabula, & ipsae domus nostrae sine idolis omninò non sunt, totum saeculum Satanas & angeli eius repleuerunt. Non tamen quod in saeculo sumus, à Deo excidi-



excidimus, sed si quid de saeculi crimini bus atigerimus. Proinde si Capitolium, si Se-  
rapeum sacrificator & adorator intrauero, à Deo excidam: quemadmodum Circum,  
uel Theatrum spectator. Loca nos non contaminant per se, sed quæ in locis sunt, à  
quibus & ipsa loca contaminari altercati sumus: de contaminatis contaminamur.  
Propterea autem commemoramus quibus eiusmodi loca dicentur, ut eorum demon-  
stremus esse, quæ in his locis sunt, quibus ipsa loca dicantur.

## DE ARTE CIRCI.

- NVNC de Artificio quo Circenses exhibentur. Res equestris retrò simplex de  
dorso agebatur, & utriusque communis usus reus non erat. Sed cum ad Ludos coactus  
est, transijt à Dei munere ad daemoniorum officia. Itaque Castori & Polluci deputa-  
tur hæc species, quibus equos à Mercurio distributos Stesichorus docet. Sed & Ne-  
ptunus equestris est, quem Graeci *ἵππιον* appellant. De iugo uerò quadrigas Soli, bi-  
gas Lunae sanxerunt. Sed &

*Primus Erichthonius currus & quattuor ausus  
Iungere equos rapidusque rotis insistere uictor.*

Erichthonius, Mineruae, & Vulcani filius, & quidem de caduca in terram libidine,  
portentum est daemonicum, imò diabolus ipse, non coluber. Si uerò Trophilus Argi-  
uus auctor est currus, primo Iunoni, id opus suum dedicauit. Si Romae Romulus qua-  
drigam primus ostendit, puto & ipse inter idola conscriptus, si idem est Quirinus.  
Talibus auctoribus quadrigae productae, merito & aurigis coloribus idololatriam  
uestierunt, & ab initio duo soli fuerunt, albus & rufus. Albus hyemi, ob niues candi-  
das: rufus aestati ob Solis ruborem uoti erant. Sed postea tam uoluptate, quam su-  
perstitione prouecta, rufum alij Marti, alij album Zephiis consecrauerunt, pra-  
simum uerò terrae matri uel Verni: uenetum coelo & mari, uel autumnum. Cum autem  
omnis species idololatriae damnata sit à Deo utique etiam illa damnatur quæ ele-  
mentis mundialibus profanatur.

## DE THEATRO.

TRANSEAMVS ad scenicas res, quarum & originem communem, & titulos pa-  
res secundum ipsam ab initio Ludorum appellationem, & administrationem con-  
iunctam cum re equestri iam ostendimus. Apparatus etiam ex ea parte consortes,  
quæ ad scenam spectat: nam à templis & aris, & illa in foelicitate thuris & sanguinis  
inter tibias & tubas itur; duobus inquinatissimis arbitris, funerum & sacrorum, desi-  
gnatore & haruspice. Ita cum de originibus Ludorum ad Circenses transimus, inde  
nunc ad scenicos Ludos dirigimus, à loci uitiis. Theatrum propriè sacrarium Vene-  
ris est. Hoc denique modo id genus operis in saeculo euasit. Nam saepe Censores  
renascentia cum maximè theatra destruebant, moribus consulentes, quorum scilicet  
periculum ingens de lasciuia prouidebant, ut iam hinc ethnicis in testimonium ce-  
dat sententia ipsorum nobiscum faciès, & nobis in exaggerationem disciplinae etiam  
humanae praerogatiua. Itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor, cum il-  
lam arcem omnium turpitudinum extruxisset, ueritus quandoque memoriae suae Cen-  
soriae animaduersionem, Veneris aedem superposuit, & ad dedicationem edito po-  
pulum uocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupauit, cui subiecimus in-  
quit gradus spectaculorum: ita damnatum & damnandum opus templi titulo pra-  
texuit, & disciplinam superstitione delusit. Sed Veneri & Libero conuenit. Duo ista dae-  
monia cõspirata & cõiurata inter se sunt, ebrietatis & libidinis. Itaque theatrum Vene-  
ris, Liberi quoque domus est. Nam & alios Ludos scenicos Liberalia propriè uocabant,  
praeter quàm Libero deuotos, quod sunt Dionysia penes Graecos et à Libero institutos.

## A. DE ARTIBVS SCENICIS.

ET, est plane in artibus quoque scenicis Liberi & Veneris patrocinium, quæ priuata & propria sunt scenæ, de gestu & corporis fluxu. Nam mollitiæ Veneri & Libero immolant; illi per sexum, illi per fluxum, dissolutis. Quæ uerò uoce, & modis, & organis, & lyris transfiguntur, Apollines, & Musas, & Mineruas, & Mercurios mancipēs habent. Oderis Christiane, quorum auctores non potes non odisse.

## DE ARTIBVS.

IAM nunc uolumus suggerere de artibus, & de his, quorum auctores in nominibus execramur. Scimus nihil esse nomina mortuorum, sicut nec ipsa simulachra eorum. Sed non ignoramus qui sub istis nominibus, & institutis simulachris operentur, & gaudeant, & Diuinitatem mentiantur, nequam spiritus, scilicet daemones. Videmus igitur etiam artes eorum honoribus dicatas esse, qui nomina incolunt auctorum earum, nec ab idololatria uacare, quarum institutores etiam propterea Diū habentur. Imò quod ad artes pertinet, alius præscripsisse debemus, daemones ab initio prospicientes sibi inter cætera idololatriæ etiam spectaculorum inquinamenta, quibus homines à Deo auocarent, & suo honori obligarent, eiusmodi quoque artium ingenia inspirasse. Neque enim ab alijs præoccupatum fuisset, quod ad illos peruenturum esset. Nec per alios tunc homines edidissent, quam per ipsos, in quorum nominibus & imaginibus, & historijs fallaciam consecrationis sibi negotiū acturæ constituerat.

## DE AGONIBVS.

VT ordo peragatur, ineamus etiam agonū retractatum. Origo istis de Ludorum Cpropinquitate est. Inde & ipsi sacri uel funebres instituti, aut Dijs Nationū, aut mortuis fiunt. Proinde Tituli Olympiæ Ioui, quæ sunt Romæ Capitoliua. Item Herculi Nemeæ, Neptuno Isthmiæ, cæteri mortuorum varij agones. Quid ergo mirum, si apparatus agonum idololatria conspurcat, de coronis profanis, de sacerdotibus præsidibus, de collegianjs ministris, de ipso postremo boum sanguine, ut de loco suppleâ, ut de loco communi pro collegio artium Musicarum & Minerualium, & Apollinarij, etiam Martialium, per duellum, per tubam, ut stadio Circum aemulentur, quod utiq; templum est, & ipsum eius idoli cuius solemnitates agit. Sed & gymnicas artes Caltorum, & Herculum, & Mercuriorum disciplinæ prodiderunt.

## DE MVNERE.

SUPEREST illius insignissimi spectaculi acceptissimi recognitio. Munus dictum. Dicitur ab officio; quoniam officium etiam Muneris nomen est. Officium autem mortuis hoc spectaculo sacere se ueteres arbitrabantur, posteaquam illud humaniore atrocitate temperauerunt. Nam olim quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiâ creditum erat, captiuos, uel malo ingenio seruos mercati, in exequijs immolabant. Postea placuit impietatem uoluptate adumbrare. Itaque quos parauerant armis, quibus tunc & qualiter poterant eruditos, tantum ut occidi discerent: mox edito die Inferiarum apud tumulos erogabant: Ita mortem homicidij consolabantur. Hæc muneris origo, sed paulatim proeucti ad tantam gratiam, ad quantam & crudelitatem, quia seruum uoluptati satis non faciebat, nisi & feris humana corpora dissiparentur. Quod ergo mortuis litabatur, utiq; parationi deputabatur. Quæ species proinde idololatriæ est, quoniam & idololatria parentationis est species. Tam hæc, quam



quam illa mortuis ministrat. In mortuorum autem idolis daemonia consistunt, ut & E titulos consideremus: licet transferat hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores uiuentium, Quaesturas dico, & Magistratus, & Flaminia, & Sacerdotia eum tamen nominis dignitas idololatriae erimine teneatur, necesse est quidquid dignitatis nomine administratur, communicet etiam maculas eius, à qua habet causas. Id em de apparatus interpretabimur in ipsorum honorum suggestu deputandis, quod purpurae, quod fascia, quod uitae, quod coronae, quod denique eonciones & edicta, & pulres pridanae sine pompa diaboli, sine inuitatione daemonum non sunt. Quid ergo de horrido loco perorem, quem nec periuria sustinent? Pluribus. n. & asperioribus nominibus Amphiteatrum consecratur, quam Capitolium omnium daemonum Templum est. Tot illic immundi spiritus consistunt, quot homines capit. Ut & de artibus concludam, Martem & Dianam utriusque; Ludi praesides nouimus. Satis opinor, impleuimus ordinem, & quot & quibus modis spectacula idolatriam committant, de originibus, de titulis, de apparatus, de locis, de sacrificijs, quo certi sumus, nulla ex parte competere nobis ea, qui idolis renunciauimus: non quod idolum sit aliquid (ut Apostolus ait) sed quod quae faciunt, daemones faciunt, consistentibus. In consecrationibus idolorum, siue mortuorum, siue (ut putant) Deorum. Propterea igitur, quoniam utraque species idolorum conditionis unius est, dum mortui & Dij unum sunt, utraque idololatria abstinemus: nec minus templa, quam monumenta despuimus: neutram aram nouimus, neutram effigiem adoramus: non sacrificamus, non paratamus, sed neque de sacrificio & parentato edimus, quia non possumus eoenam Dei edere, & coenam daemoniorum. Si ergo gulam & uentrem ab inquinamentis liberamus, quanto magis augustiora nostra, oculos & aures ab Idolothytis & necrothytis uoluptatibus abstinemus, quae non intestinis transiguntur, sed in ipso spiritu & anima digeruntur: quorum munditia magis ad Deum pertinet, quam intestinorum. Nunc interpositio nosse de idololatria, quod solum subiectum sufficere deberet ad abdicationem spectaculorum, alia iam ratione tractemus ex abundantia: propter eos maxime qui sibi blandiuntur, quod non nominatim abstinentia ista praescripta sit, quasi parum etiam de spectaculis pronuncietur, cum concupiscentiae saeculi damnantur. Nam sicut pecunia, uel dignitatis, uel gulae, uel libidinis, uel gloriae: ita & uoluptatis concupiscentia est. Species autem uoluptatis etiam spectacula (opinor) generaliter nominatae concupiscentiae continent in se & uoluptates: Aequè generaliter intellectae uoluptates specialiter & in spectacula differuntur. Caeterum retulimus supra de locorum conditione, quod non per semetipsa nos inquinant, sed per ea quae illic geruntur, per quae simul inquinamentum combiberint, tunc & in alteros respuunt. Viderit ergo ut diximus principalis titulus idololatriae, reliquas rerum ipsarum qualitates contrarijs omnes feramus. Deus praecepit Spiritum sanctum utpote pro naturae suae bono tenerum & de licatum, tranquillitate & lenitate, & quiete & pace tractare, non furore, non bile, non ira, non dolore inquietare. Huic quo eum spectaculis poterit conuenire? Omne. n. spectaculum sine conuulsione spiritus non est. Vbi. n. uoluptas, ibi & studium per quod uoluptas sapit. Vbi studium, ibi & aemulatio, per quam studium sapit. Pono ubi aemulatio, ibi & furor, & bilis, & ira, & dolor, & caetera ex his, quae eum his non competunt disciplinae: Nam & si qui modestè & probè spectaculis fruuntur, pro dignitatis, uel actus, uel etiam naturae suae conditione: non tamen immobilis animi est sine tacita spiritus passione. Nemo ad uoluptatem uenit sine adfectu, nemo adfectum sine casibus suis patitur. Ipsi casus ineitamenta sunt adfectus. Caeterum si cessat adfectus, nulla est uoluptas, & est reus iam ille uanitatis eo conueniens, ubi nihil consequitur. Puto autem etiam uanitas extranea est nobis. Quid quod & ipse se iudicat inter eos positus, quorum se similem nolens detestatorem confiteretur? Nobis satis non est si ipsi nihil tale faciamus, nisi & talia facientibus non conferamur. Si furem (inquit) uidebas, concurrebam

Arebas eum eo. Utinam ne in saeculo quidem simul cum illis moraremur: sed tamen  
 in saecularibus separamur quia saeculum Dei est, saecularia autem Diaboli. Cum er-  
 go furor interdicitur nobis, ab omni spectaculo auferimur, & iam à Circo, ubi propriè  
 furor praesidet. Aspice populum ad id spectaculum iam cum furore uenientē, iam tu-  
 multuosum, iam caecum, iā de sponso nibus concitatum, Tardus est illi Praetor, sem-  
 per oculi in urna eius cum fortibus uoluntantur. Dehinc ad signum anxij pendēt, vnus  
 dementiae una uox est Cognosce dementiā de uanitate: misit dicunt & nunciāt inui-  
 cēs, quod simul ab omnibus uisum est. Teneo testimonium caecitatis, non uident mis-  
 sum quid sit, mappā putant: sed est diaboli ab alto praecipitati figura. Ex eo itaq; itur  
 in furias, & animos, & discordias, & quidquid non licet sacerdotibus patris. Inde ma-  
 ledicta, conuicta sine iustitia, odij etiam suffragia sine merito amoris. quid. n. consecu-  
 turi suum illic agunt, qui sui non sunt? nisi fortè hoc solum, per quod sui non sunt: de  
 aliena infelicitate contristantur, de aliena felicitate laetantur. Quicquid optant, quic-  
 quid abominantur, extraneum ab illis est. Ita & amor apud illos ociosus, & odium in-  
 iustum. Et forsitan sine causa amare liceat, quam sine causa odisse. Deus certè etiā cum  
 causa prohibet odisse, qui inimicos diligere iubet. Deus etiā cum causa maledicere nō  
 finit, qui maledicere benedici praecipit. Sed Circo quid amarius, ubi ne Principibus  
 quidē aut ciuibus suis parantur? Sed quid horū quibus Circus furit, alibi cōpetit fan-  
 cis, et in Circo licebit. Si uerò nusquam, idē nec in Circo. Similiter impudiciā om-  
 nem amoliri iubemur. Hoc igitur modo etiā à theatro separamur, quod est priuatum  
 consistoriū impudicitiae, ubi nihil probatur, quā quod alibi non probatur. Ita summa  
 gratia eius de spurcitiā plurimū concinnata est, quā Atellanus gesticulator, quam  
 Mimus etiam per mulieres repraesentat sexum pudoris exterminans, ut facilius domi-  
 quam in scena erubescant. Quam deniq; Pantomimus à pueritia patitur in corpore, ut  
 artifex esse possit. Ipsa etiā prostibula publicae libidinis hostiae in scena proferuntur;  
 plus miserae in praesentia foeminarum, quibus solis latebant, perq; omnis aetatis, om-  
 nis dignitatis ora transducuntur, locus, stipes, elogium, etiā quibus opus non est, prae-  
 dicatur. Taceo de reliquis, ea quae in tenebris & in speluncis suis delitescere decebat,  
 ne diem contaminaret. Erubescat Senatus, erubescant ordines omnes. Ipsae illae pu-  
 doris sui interpretices de gestibus suis ad lucem & populum expauescentes semel an-  
 no erubescunt. Quod si nobis omnis impudicitia execranda est, cur liceat audire quae  
 loqui non licet? Cum etiam scurrilitatem & omne uanum uerbum iudicatum à Deo  
 sciamus, cur aequè liceat uidere, quae facere flagitium est? Habes igitur & theatri inter-  
 dictioem, de interdictione impudicitiae, Sin & doctrinam saecularis litteraturae ut  
 stultitiae apud Deum deputatā a spernamur, satis praescribitur nobis & de illis specie-  
 bus spectaculorum, quae saeculari litteratura luforiam, uel agonisticam scenā dispun-  
 gunt: quod sint Tragoediae & Comoediae scelerum austrices, & libidinum cūuentae  
 & lasciuiae, impiae & prodigae. Nullius rei aut atrocis, aut uilis commemoratio mel-  
 lior est: quod in facto reijcitur, etiam in dicto non est recipiendū. Quod si & stadium  
 decontendas in scripturis nominari, sanè obtinebis. Sed quae in stadio geruntur, indigna  
 conspectui tuo non negabis, pugnos, & calces, & colaphos, & omnem petulantiam ma-  
 nus, & quamcunq; humanioris, i. diuinae imaginis depugnationē. Non probabis usquā  
 uanos cursus, & iaculatus, & saltus uaniores, nusquā tibi uires aut iniuriosae, aut uanae  
 placebunt, sed nec cura factij corporis, ut plasticā Dei supergressae propter ocium.  
 Graeciae atiles homines oderis. Et palaestrica diaboli negociū est. Primos homines  
 diabolus elisit. Ipse gestus colubripa vis est tenax ad occupandū, tortuosa ad obligan-  
 dum, liquida ad elabendum. Nullus tibi coronarum usus est, quid de coronis volupta-  
 res aucuparis? Expectabimus nunc ut & Amphitheatri repudiū de scripturis petamus;  
 Si saeuitiam, si impietatem, si feritatem permissam nobis contendere possumus, eamus  
 in Amphitheatrum. Si tales sumus quales dicimur, delectemur sanguinae humano,



Bonum est cum puniuntur nocentes. Quis hoc nisi nocens negabit? Et tamen innocens de supplicio alterius laetari non potest, cum magis competat innocenti dolere, quod homo par eius tam nocens factus est, ut tam crudeliter impèdatur. Quis autem mihi sponsor est, nocetes semper uel ab bestias, uel ad quodcumq; supplicium decerni, ut non innocentiae quoq; inferatur, aut ultione iudicantis, aut infirmitate defendentis, aut instantia quaestionis? Quam melius ergo est nescire cum mali puniuntur, ne sciam, & quam boni peccent, si tamen bonum sapiunt. Certè quidem gladiatores innocentes in Ludum ueniunt, ut publicae uoluptatis hostiae fiant. Etiam qui dānantur in Ludum, quale est ut de leuiore delicto in homicidas emendatione proficiant. Sed haec ethnicis respondi. Caeterum absit ut de ipsius spectaculi auersione diutius discutat Christianus: quanquam nemo plenius haec omnia exprimere potest, nisi qui ad huc spectat. Malo non implere, quam meminisse. Quam uana igitur, immò desperata argumentatio eorum, qui sine dubio tergiuersationem admittendae uoluptatis obtinent. Nullam eius abstinentiae mentionem specialiter uel localiter in scripturis determinari, quae directò prohibeant eiusmodi conuentibus interesse seruum Dei. Non uam proximè defensionem suauiludij cuiusdam audiui. Sol (inquit) immò etiam ipse Deus de coelo spectat, nec contaminatur. Planè Sol & in cloacam radios suos defert, nec inquinatur. Vtinam autem Deus nulla flagitia hominum spectaret, ut omnes iudicium euaderemus. Sed spectat & latrocinia, spectat & falsa, & adulteria, & fraudes, & idololatrias, & spectacula ipsa, lacerò ergo nos non spectabimus, ne uideamur ab illo qui omnia spectet. Componas homo reum & iudicem: reu, qui quia uidetur reus est; iudicem, qui quia uidet, iudex est. Nunquid ergo & extra limites Circi furori studemus, & extra cardines theatri impudicitiae intendimus, & insolentiae extra stadium, & immisericordiae extra Amphitheatrum, quod Deus etiam extra camerae & gradus & apulias oculos habet. Erramus, nusquam & nunquam excusatur quod Deus dānat. Nusquam & nunquam licet, quod semper & ubiq; non licet. Haec est ueritatis integritas, & quae ei debetur disciplinae plenitudo & aequalitas timoris, & fides obsequij, nō immutare sententiam, nec uariare iudicium. Non potest aliud esse, quod uerè quidem est bonum seu malum. Omnia autem penes ueritatem Dei fixa sunt. Ethnici quos penes nulla est ueritatis plenitudo, quia nec doctor ueritatis Deus, malum ac bonum pro arbitrio ac libidine interpretantur, alibi bonum quod alibi malum, & alibi malum quod alibi bonum. Sic ergo euenit, ut qui in publico uix necessitate uesicae tunicam leuet, idem in Circo aliter non exultet, nisi totum pudorem in faciem omnium intenteat. Et qui filiae virginis ab omni spurco uerbo aures tueretur, ipse eam in theatrum ad illas uoces gestulationesq; deducat, & qui in plateis litem manu agerem aut compefcit, aut detestatur, idem in stadio grauioribus pugnis suffragium ferat. Et qui ad cadauer hominis communi lege defuncti exhorret, idem in Amphitheatro deuosa & dissipata, & in suo sanguine squalentia corpora patientissimis oculis desuper incumbat. Immò, qui propter homicidae poenam probandam ad spectaculum ueniat, idem gladiatorem ad homicidium flagellis & uirgis compellat inuitum. Et qui insigniori cuique homicidae Leonem poscit, idem gladiatorij atroci petat rudè, & pileum praemium conferat. Illum uerò confectum etiam amoris spectaculo repetat, libentiùs recognoscens de proximo, quem noluit occidere de longinquo, tanto durior si noluit. Quid mirum de inaequata ista hominum miscentium commutantium statum boni & mali per inconstantiam sensus & iudicij uarietate? Etenim ipsi auctores & administratores spectaculorum, quadrigarios, scenicos, xyfticos, harenarios illos amantissimos, quibus uiles animas foeminae, aut illi etiam corpora sua substerunt, propter quos in ea committunt, quae reprehendunt, ex eadem parte quam magnificiunt, deponunt, & deminuant, immò manifestè dānant, ignominia & captis minutione, arcetes Curia, Senatu, Koftris, Equite, caeterisq; honoribus omnibus simul ac ornamentis. Quibus quanta per-

**A**ta peruerſitas. Amant quos mutant, depreciant quos probant. Artem magnificent, artificem notant. Quale iudicium eſt, ut ob ea quis offuſcetur, per quæ promeretur. Immo quanta conſeſſio eſt malæ rei, quarum auctores quum accepiſſimi ſint, ſiue notu non ſunt. Quem igitur humana recordatio, etiam obſtrepente gratia voluptatis damnandos eos cenſeat ademptis bonis dignitatum in quendam ſcopulum famoſitatis, quantum magis Diuina iuſtitia in eiufmodi artifices animaduertit? An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum miniſter, tot ſtatuum, ut ſacerdos coronatus, uel coloratus ut leno, quem curru rapiendum diabolus aduerſus Heliam exornauit? Placebit & ille, qui uultus ſuos nouacula mutat infidelis erga faciem ſuam, quam non contentus Saturno & Iſidi & Libero proximam facere, in ſuper contumelijs ala parum, ſic obijcit, quaſi de præcepto Domini ludat? Doct. ſ. & diabolus uerberandam maxillam patienter offerre; Sic & tragoedos cothurnis extulit, quia nemo poteſt adijcere cubitum unum ad ſtaturam ſuam, mendacè facere uult Chriſtum.

**B**am uerò ipſum opus perſonarum quaero an Deo placeat, qui omnè ſimilitudinem uerat fieri, quanto magis imaginis ſuæ. Non amat falſum auctor ueritatis: adulteriū eſt apud illum omne quod fingitur. Proinde uocem, ſexus, ætates mentientem, amores, iras genibus, lachrymas adſcucrantem non probabit, qui omnè hypocriſin damnat. Caeterum eum in lege præſcribit, maledictū eſſe qui muliebribus ueſtietur, quid de Pantomimo iudicabit, qui etiam muliebribus curatur? Sanè & ille artifex pugnorum impunitas ibit? Tales. n. cicatrices caeſtium, & callos pugnorum & aurium fungos à Deo cum ſuo plasmate accepit. Ideò illi oculos Deus plasmavit, ut uapulando deſiciat. Taceo de illo qui hominem Leoni præ ſe opponit, ne parum ſit homicida; quam qui eundem poſtmodum iugulat. Quot adhuc modis perorabimus, nihil ex his quæ ſpectaculis deputantur, placitum Deo eſſe, aut congruens Dei ſeruis, quod Domino placitum non ſit. Si omnia propter diabolum inſtituta, & ex diaboli rebus inſtituta monſtrauimus; nihil. n. non diaboli eſt, quidquid Dei non eſt, uel Deo diſplicet;

**C** hoc erit pompa diaboli, aduerſus quam in ſignaculo fidei eieramus. Quod autè eieramus, neq; facto, neq; dicto, neq; uiſu, neq; proſpectu participare debemus. Caeterum, nonne eieramus & reſcindimus ſignaculum, reſcindendo teſtationem eius? Nunquid ergo ſuper eſt ut ab ipſis ethnicis reſponſum flagitemus? Illi iam nobis renunciant, an liceat Chriſtianiſ ſpectaculo uti. Atquin hinc uel maxime intelligunt factum Chriſtianiſ, de repudio ſpectaculorum. Itaq; negat manifeſtè qui per quod agnoſcitur, tollit. Quid autem ſpei ſuper eſt in huiufmodi homine? nemo in caſtra hoſtium tranſit, niſi proiectis armis ſuis, niſi deſtitutis ſignis & ſacramentis principis ſui, niſi pactus ſimul perire, An ille recogitabit eo tempore de Deo, poſitus illic ubi nihil eſt de Deo, pacem opinor habebit in animo contendens pro auriga, pudicitiam edifcet, attonitus in mimos. Immo in omni ſpectaculo nullum magis ſcandalum occurret, quam ipſe ille mulierū & uiroꝝ accuratior cultus: ipſa conſenſio, ipſa in fauoribus aut conſpiratio aut deſenſio inter ſe de comercio ſcintillas libidinum conſtabellant. Nemo

**D** deniq; in ſpectaculo ineundo prius cogitat, niſi uideri & uidere. Sed tragoedo uociferante, exclamationes illac alicuius prophæte retractabit. Inter effoeminationis modos Pſalmum ſecum poſtminuſcetur, & quum athletæ agent, ille dicturus eſt repercutiendum non eſſe, poterit & miſericordia moueri diſfixus in morſus uirſorum, & ſpongiæ retiariorum, Auertat Deus à ſuis tantam uoluptatis exitioſæ cupiditatem. Quale eſt. n. de Eccleſia Dei in diaboli Eccleſiam tendere? de coelo (quod aiunt) in coelum? illas manus quas ad dominum. extuleris, poſtmodum laudando hiſtrionem fatigare? ex ore quo Amen in ſanctum protuleris, gladiatorii teſtimonium reddere, ut *aiunt* alij omnino dicere niſi Deo Chriſto? Cur ergo non eiufmodi etiam demonijs penetrabiles ſiant? Nam & exemplum accidit Domino teſte, eius mulieris quæ theatrum adiit & inde cum daemone redijt. Itaq; in exorcifmo cum operaretur immun



dus spiritus, quod ausus esset fidelē aggredi: constanter & iustissimē quidem (inquit) **E**  
 feci, in meo cam inueni. Constat & alij linteum in somnis ostensum eius diei nocte,  
 qua tragoedum audierat, cū exprobratione nominato tragoedo, nec ultra quintum  
 diem eam mulierem in saeculo fuisse. Quo utiq; & alia documenta cesserunt de his  
 qui cum diabolo apud spectacula communicando à Domino exciderunt. Nemo. n.  
 potest duobus Dominis seruire. Quid luci cum tenebris? quid uitae & morti? Odisse  
 debemus istos conuentus & coetus ethnicorum, vel quod illic nomen Dei blasphema-  
 tur, illic quotidiani in nos Leones expostulantur, inde persecutiones decernuntur,  
 inde tentationes emittuntur. Quid facies in illo suffragiorum impiorum aestuario de  
 prehensus, non quasi aliquid illic pati possis ab hominibus, nemo te cognoscit Chri-  
 stianum, sed recogita quid de te fiat in coelo. Dubitas. n. illo momento quo in diabo-  
 li ecclesia fueris, omnes angelos prospicere de coelo, & singulos denotare, quis blas-  
 phemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo aduersus Deum ad-  
 ministrauerit? Non ergo fugies sedilia hostium Christi, illam cathedram pestilentia-  
 riam, ipsumq; aerem qui desuper incubat, scelestis uocibus constupratum? Sint dul-  
 cia licet & grata & simplicia, etiam honesta quaedam. Nemo uenenum temperat fel-  
 le & elleboro, sed conditis pulmentis & benè saporatis, & plurimum dulcibus id mali  
 inijcit: ita & diabolus letale quod conficit, rebus Dei gratissimis & acceptissimis im-  
 buit. Omnia illic seu fortia, seu honesta, seu sonora, seu canora, seu subtilia, proinde  
 habe ac si stillicidia mellis de libacunculo uenenato: nec tanti gulā facias uolupta-  
 tis, quanti periculum. Per suauitatem sagentur eiusmodi dulcibus conuiuiae sui, &  
 loca & tempora & inuitator ipsorum est. Nostrae coenae, nostrae nuptiae, nondum  
 sunt: non possum cum illis discumbere, quia nec illi nobiscum. Vicibus disposita res  
 est. Nunc illi laetantur, nos conflictamur. Saeculum (inquit) gaudebit, uos tristes eri-  
 tis. Lugeamus ergo dum ethnici gaudent, ut cum lugere coeperint, gaudeamus, ne pa-  
 riter nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugeamus. Delicatus es Christiane, si & in  
 saeculo uoluptatem concupiscis, immò nimium stultus, si hoc existimas uoluptatem. **G**  
 Philosophi quidem hoc nomen quieti & tranquillitati dederunt, in ea gaudent, in ea  
 auocantur, in ea etiā gloriantur. Tu mihi merus, & scenas, & puluerem, & harenas su-  
 spiras. Dicis uelim. Non possumus uiuere sine uoluptate, qui mori cum uoluptate de-  
 bebimus? Nam quod est aliud uotum nostrum, quam quod & Apostoli, exire de sae-  
 culo, & recipi apud Dominum. Haec uoluptas, ubi & uotum. Iam nunc si putas dele-  
 ctamentis exigere spatium hoc, cur tā ingratus es, ut tot & tales uoluptates à Deo con-  
 butas tibi satis non habcas, neq; recognoscas? Quid. n. iocundius, quam Dei patris &  
 Domini reconciliatio, quam ueritatis reuelatio, quam errorū recognitio, quam tan-  
 torum retrò criminum uenia. Quae maior uoluptas, quam fastidium ipsius uoluptatis,  
 quam saeculi totius contēptus, quam uera libertas, quam consciētia integra, quam uita  
 sufficiens, quam mortis timor nullus, quod calcas Deos Nationū, quod daemonia ex-  
 pellis, quod medicinas facis, quod reuelationes petis, quod Deo uiuis? hae uoluptates,  
 haec spectacula Christianorū, sancta, perpetua, gratuita: in his tibi Ludos Circenses in-  
 terpretare, cursus saeculi intueri, tēpora labentia dinumera, metas consummationis  
 expecta, societates Ecclesiarum defende, ad signum Dei suscitare, ad tubā angeli eri-  
 gere, ad martirij palmas gloriare. Si scenicae doctrinae delectant, satis nobis litterarū  
 est, satis uersuum est, satis sententiarum, satis etiā canticorū, satis uocum, nec fabulae,  
 sed ueritates, nec strophae, sed simplicitates. Vis & pugillatus & luctatus? praestò sūt,  
 non parua, sed multa. Aspice impudicitiam deiectam à castitate, perfidiam caesam à fide,  
 faeuitiam à misericordia contusam, petulantiam à modestia obumbratam, & tales sunt  
 apud nos agones, in quibus ipsi coronamur. Vis autem & sanguinis aliquid? habes  
 Christi. Quale autem spectaculum in proximo est aduentus Domini, iam indubitati,  
 iam superbi, iam triumphantis? Quae illa exultatio Angelorum, quae gloria resurgen-  
 tium

Atium sanctorum? quale regnum exinde iustorum? qualis Ciuitas noua Hierusalem? At enim super sunt alia spectacula, ille ultimus & perpetuus iudicij dies, ille Nationibus insperatus, ille derisus, cum tanta saeculi uetustas, & tot eius natiuitates uno igne haurientur. Quae tunc spectaculi latitudo? quid admirer? quid rideam? ubi gaudeam, ubi exultem, spectans tot ac tantos Reges, qui in coelum recepti nunciabantur, cum ipso Ioue & ipsis suis testibus, imis tenebris congemiscentes? item Praefides, persequito res Domini nominis faeuoribus quam ipsi flammis faeuierunt insultantibus contra Christianis liquecentes? quos praeterea sapientes illos Philosophos coram discipulis suis una conflagrantibus erubescences, quibus nihil ad Deum pertinere suadebat, quibus animas aut nullas, aut non in pristina corpora redituras affirmabant; etiam Poetas non ad Rhadamanti, nec ad Minois, sed ad inopinati Christi tribunal palpitan-tes? Tunc magis tragoedi audiendi, magis scilicet uocales in sua propria calamitate. Tunc histriones cognoscendi solutiores multo per ignem: Tunc spectandus au-  
**B**riga, in flammea rota totus rubens: tunc xystici contemplandi non in gymnasijs, sed in igne iaculati, nisi quod nec tunc quidem illos uelim uisos, ut qui malim ad eos potius conspectum insatiabilem conferre, qui in Dominum defaueuerunt. Hic est ille (dicam) fabri ut quaestuarij filius, Sabbati destructor, Samarites, & daemonium habens. Hic est quem a Iuda redemittis, hic est ille arundine & colaphis diuerberatus, sputamentis dedecoratus, felle & aceto potatus. Hic est quem clam discentes subriperunt, ut resurrexisse dicatur, vel hortulanus detraxit, ne laetiae suae frequentia commeantium laederentur. Ut talia spectes, ut talibus exultes, quis tibi Praetor, aut Consul, aut Quaestor, aut Sacerdos de sua liberalitate praestabit? & tamen haec iam quodammodo habemus per fidem spiritu imaginante representata. Caeterum qualia illa sunt quae nec oculus uidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt? Credo, Circo & utraq; cauea & omni stadio gratiora.

**C** CYPRIANVS PLEBI IN EVANGELIO STANTI. S.



**A**ME fatis contristat, & animam meum grauius affligit, cum nulla mihi scribendi ad uos porrigitur occasio (detrimentum, est. n. meum uobiscum non colloqui) ita nihil mihi tantam laeticiam, hilaritatemq; restituit, quam cum adest rursus occasio. Vobiscum me esse arbitror, cum uobis per litteras loquor. Quamquam igitur ita se haec habere quae dico, certos uos esse sciam, nec quidquam de uerborum meorum ueritate dubitare; tamen etiam argumentum sinceritatem rei asserit, nam cum nulla prorsus praeteritur occasio, probatur affectio. Quamuis ergo certus sim, uos non minus esse in uitae actu graues, quam in sacramento fideles, tamen, quoniam non desunt uitiorum assertores blandi & indulgentes patroni, qui praestant uitij auctoritatem, & quod est deterius censuram scripturarum coelestium in aduocationem criminum conuertunt; quasi sicut innocens spectaculorum ad remissionem animi appetatur uoluptas (nam & eousq; eneruatus est ecclesiasticae disciplinae uigor, & ita omni languore uitiorum praecipitatur in peius ut iam non uitij excusatio, sed auctoritas detur) placuit paucis uos non nunc instruere, sed instructos admonere, ne quia male sunt uincta uulnera, sanitatis obductae perrumpant cicatricem. Nullum enim malum difficilius extinguitur, quam quod faciles reditus habet, dum & multitudinis consensu asseritur, & excusatione blanditur. Non pudet, non pudet inquam fideles homines, & Christiani sibi nominis auctoritatem uindicantes, superstitiones uanas gentilium cum spectaculis mixtas de scripturis coelestibus uindicare? & auctoritatem idololatriae conferre?



ferre? nam quando id, quod in honore alicuius idoli ab ethnicis agitur, à fidelibus Christianis spectaculo frequentatur, & idololatria gentilis asseritur, & in contumeliâ Dei religio uera, & diuina calcatur. Pudor me tenet praescriptiones eorum in hac causa, & patrocina referre. Vbi inquit scripta sunt ista? ubi prohibita? Alioquin, & auriga est Israel Helias, & ante arcam Dauid ipse saltauit; Nabla aerea, Tympana, Tibias, Citharas, choros legimus, Apostolus quoque; dimicans, cestus, & colluctationis nostrae aduersus spiritalia nequitiae proponit certamen. Rursus de stadijs sumit exempla, coronae quoque collocat praemia. Cur ergo homini Christiano fideli non liceat spectare, quod licuit diuinis scribere? Hoc in loco dixerim longè melius fuisse, istis nullas litteras nosse, quam sic litteras legere, verba enim, & exempla, quae ad exhortationem euangelicae uirtutis posita sunt, ad uitiorum patrocina trasferuntur: quoniã non ut spectarentur ista scripta sunt, sed ut animis nostris instantia maior excitaretur in rebus profuturis, dum tanta est apud ethnicos in rebus non profuturis. Argumentum est ergo excitandae uirtutis, non permissio, siue libertas spectandi gentilis erroris; ut per hanc animus plus accendatur ad euangelicam uirtutem propter diuina praemia, cum per omnium laborum, & dolorum calamitatem concedatur peruenire ad terrena compendia. Nam quod Helias auriga est Israelis, non patrocinator spectandis Circensibus, in nullo. nis Circo cucurrit. Et quod Dauid in cõspectu Dei choros egit, nihil adiuuat in theatro sedentes Christianos fideles. Nulla. n. obscõnis motibus mēbra distorquens, desaltauit Graecae libidinis fabulã. Nabla, aerea, tibiae, & citharae Deum cecinerunt, non idolum. Non igitur praescribitur, ut spectentur illicita: Diabolo artifice ex sanctis in illicita mutata sunt. Praescribat igitur istis pudor, etiã si non possunt sanctae licterae. Quaedam. n. scriptura magis prouidet in praecipiendo: uerecundiam passa plus interdixit, quia tacuit: ueritas si ad hæc usque descendere, pessimè de fidelibus suis sensisset, nam & plerumque in praecipis quaedam utilius tacentur, admonent saepe dum interdicitur: ita etiam tacetur, dum in litteris scripta sunt; & praceptorum loco seueritas loquitur, & ratio loquitur, quae scriptura conticuit, se cum tantum unusquisque deliberet, & cum persona professionis suae loquatur, nihil unquam indecorum geret; plus. n. ponderis habebit sententia, quae nulli se alteri debet nisi sibi. Quid scriptura interdixit? Prohibuit. n. spectari, quod prohibet geri. Omnia inquam ista spectaculorum genera damnauit, quando idololatriam sustulit, Ludorum omnium matrem; unde hæc uanitatis & leuitatis monstra uenerunt. Quod. n. spectaculum sine idolo? quis Ludus sine sacrificio? quod certamen non consecratum mortuo? Quid inter hæc Christianus fidelis faciat? si idololatriam fugit, quid loquitur? qui iam sanctus sit, de rebus criminosis uoluptatē capit? Quid contra Deum superstitiones probat, quas amat dum spectat? Caeterum sciat hæc omnia inuenta daemoniorum esse, non Dei. Impudenter in ecclesia daemonia exorcizat, quorum uoluptates in spectaculis laudat: & cum semel illi renuncians, recisa sit res omnis in baptisate, dum post Christum ad diaboli spectaculum uadit, Christo tanquam diabolo renunciat. Idololatria, ut iam dixi Ludorum omnium mater est, quae ut ad se Christiani fideles ueniant, blanditur illis per oculorum & aurium uoluptatem. Romulus Conso quasi consilij Deo ob rapiendas sabinas Circenses primus consecrauit. Caeterum reliqui, dum Urbem famas occupasset, ad aduocationem populi acquisiti sunt Ludi scenici, & Cereri, & Libero dicati postmodum, reliquisque; idolis, & mortuis, Graeca illa certamina, vel in cantibus, vel in fidibus, vel in uocibus, vel in uiribus, praesides suos habent uaria daemonia; & quidquid est aliud, quod spectantium aut oculos mouet, aut delinit aures; si cum origine sua, & institutione quaeratur, causam praefert aut idolum, aut daemoniũ, aut mortuum. Ita diabolus artifex quia idololatriam per se nudam sciebat horreri, spectaculis miscuit, ut per uoluptatem possit amari. Plura profequi quid est necessè? uel sacrificiorum in Ludis genera monstruosa describere?

**A** inter quæ nonnunquam & homo fit hostia, latrocinio sacerdotis, dum cruor etiam de iugulo calidus exceptus patera, dum adhuc seruet, & quasi sitienti idolo in faciem ia datus crudeliter propinatur; & inter voluptates spectantium quorundã mors erogatur, vt per cruentum spectaculum fauere discatur; quasi parum sit homini priuata sua rabies, nisi illam & publicè discat. Ad poenam hominis fera rabida nutritur in delitijs, vt sub spectantium oculis crudelius insaniat, erudit artifex belluam, quæ clementior fortasse fuisset si non illam magister crudelius fauere docuisset; Ergo ut taceam quidquid latius idolatria probat; quam uana sunt ipsa certamina, lites in coloribus, contentiones in curribus, gaudere quod equus uelocior fuerit, maerere quod pigrior, annos pecoris computare, Consules nosse, ætates dicere, profapiam designare, auos ipsos, at auosq; commemorare: quam hoc totum otiosum negotium? immò quã turpiter non otiosum? hunc, inquam, memoriter totam equini generis sobolem compurantem, & sine offensa hunc locum magnâ uelocitate referentem? Partes Christiani si perroges, nescit; aut infelicior, si scit; quem si rursus perrogẽ, quo ad illud spectaculũ itinere peruenit; confitebitur per lupanarium, per prostitutarum nuda corpora, per publicam libidinem, per dedecus publicum, per uulgarem lasciuia, per communẽ uinum contumeliam. Cui ut non obijciam quod fortasse commissit, uidit tamen quod committendum non fuit, & oculos ad idolatriæ spectaculum per libidinẽ duxit: ausus secum spiritum Sanctum in Lupanarium ducere si potuisset; qui festinans ad spectaculum, dimissus, & adhuc gerens secum, vt assolet, Eucharistiam inter corpora obscena meretricum tulit; plus damnationis meritis de spectaculi uoluptate, sed vt ad scenæ iam sales inuerecundis transitum faciam, pudet referre, quæ dicuntur, pudet etiã accusare quæ fiunt. Agentium strophas, adulterorum fallacias, mulierum impudicitias, scurules iocos, parasitos sordidos, ipsos quoque patres familias togatos, modo stupidos, inuerecundos. Et cum nulli hominũ aut generi, aut professioni, ab improbis isto sermone parcat; ab omnibus tamen ad spectaculum conuenitur. Commune de **C** dedecus deletat, uidelicet, uel recognoscere otia, uel discere: concurritur in illud pudoris publici lupanarium, ad obscenitatis magisterium, ne quid secreto minus agatur, quã quod in publico discitur, & inter ipsas leges docetur, quidquid legibus interdicitur. Quid inter hæc Christianus fidelis facit? cui uitia non licet nec cogitare? quid oblectatur simulachris libidinis, vt in ipsis deposita uerecundia audacior fiat ad crimina? Discit facere dum consuescit uidere. Illas tamen, quas infelicitas sua in seruitutẽ profstruit, libidinis publicæ occultat locus, & dedecus suum de latebris consolatur, erubescunt uideri etiã quæ pudorem uendiderunt. At istud publicum monstrũ omnibus uidentibus geritur, & prostitutarum transitur obscenitas: quaesitum est quo modo adulterium ex oculis admitteretur. Huic dedecori condignum dedecus superducitur; homo fractus omnibus mēbris, & uir ultra muliebrem mollitiẽ dissolutus, cui ars sit uerba manibus expedire, & propter unum nescio quem, nec uirum, nec feminã, commouetur ciuitas tota, vt desalantur fabulosæ antiquitatum libidines. Ita amatur quid- **D** quid non licet, vt quæ etiã aetas absconderat, sub oculorum memoriam reducantur; nõ est libidini satis, malis suis uti præsentibus, nisi suum de spectaculo faciat, in quo etiã superior aetas errauerat. Non licet inquam adesse Christianis fidelibus, non licet omnino; nec illis, quos ad delinimenta aurium ad omnes ubiq; Graecia instructos suis uanis artibus mittit; clangores tuba bellicos alter imitatur raucos, alter lugubres sonos spiritu tibiã inflante moderatur, alter cum choris, & cum hominis canorã uoce, contendens spiritu suo, quem de uisceribus suis superioribus nitens hauserat, tibiariã foramina modulans, nunc effuso, & nunc intus recluso, ac represso, nunc certis foraminibus emisso, atq; in aërem profuso, ite in articulos sonum frangens, loqui digitis elaborat; ingratus artifice qui linguam dedit. Quid loquar comicas inutiles curas? quid illas magnas tragicæ uocis insanias? quid neruos cū clamore missos? hæc etiã si non essent  
simula-



simulachris dicata, obeunda tamē spectacula non essent Christianis fidelibus, quae & E si non haberent crimen, habent in se & maximam, & parum congruentem fidelibus uanitatē: nam illa altera dementia est manifesta, otiosis hominibus negotiatio sua, ut uapulet; & prima uictoria est ultra modum humani uentris esurire potuisse super titulo coronae edacis flagitiosae nundinae; ictibus infelix facies locatur, ut infelicio uenter saginetur. Quam foeda praeterea ista luctamina uir infra uirum iacens, & amplexus inhonestis nexibus implicatur. In tali certamine stare (uideris quis uincat) pudor uictus est. Ecce tibi alter nudus salit, alter orbem acneum contentis in aerem uiribus iactat, haec gloria est dementiae: deniq; remoue spectatorem, reddideris uanitatē. Fugienda sunt ista Christianis fidelibus, ut iam frequenter diximus, tā uana, tam pernicioſa, tam sacrilega spectacula: & oculi nostri sunt, & aures custodiendae. Cito in hoc assuescimus, quod audimus, scelere. Nam cum mens hominis ad uitia ipsa ducatur, sibi quid faciet si habuerit exempla naturae corporis lubricae quae sponte corruit; quid faciet, si fuerit impulsus? Auocandus est animus ab istis. Habet Christianus spectacula meliora si uelit; habet ueras, & profuturas uoluptates, si se recollegerit: & ut omitam illa quae nondum contemplari potest, habet istam mundi pulchritudinē, quam uideat atq; miretur; Solis ortum aspiciat, rursus occasum mutuis uicibus dies, noctesq; reuocantem; globum Lunae, temporum cursus incrementis suis, decrementisq; signantem, astrorum micantium choros, & à summo de summa mobilitate fulgentes; anni totius per uices membra diuisa, & dies ipsos cum noctibus per horarum spazia digestos, & terrae molem libratam cum montibus, & profusa flumina cum suis fontibus; extensa maria cum suis fluctibus atq; littoribus. Interim consistant pariter summa conspiratione nexibusq; concordiae; extensum aerem medium, tenuitate sua cuncta uegetantem, nunc imbres contractis nubibus profundentem, nunc serenitate reſecta raritate reuocantem; & in omnibus istis incolas proprios, in acre auem, in aquis pisces, in terra hominem, haec inquam, & alia opera diuina, sint Christianis fidelibus spectacula. Quod theatrum humanis manibus extractum istis operibus poterit comparari? magnis licet lapidum molibus extruatur, cruste sunt montium; & auro licet tecta lacunaria reluceant, astrorum fulgore uincuntur: nunquam humana opera mirabitur, quisquis se cognouerit filium Dei. Deicit se de culmine generositatis suae, qui admirari aliquid post Deum potest. Scripturis inquam sacris incumbat Christianus fidelis, ibi inueniet condigna fidei spectacula. Videbit instituētem Deum mundum suum, & cum caeteris animalibus, hominis illam admirabilem fabricam melioremq; facientem; spectabit mundū in delictis suis: iusta naufragia, piorum praemia, impiorumq; supplicia, maria populo siccata, & de petra rursus populo maria porrecta; spectabit de coelo descendentes messes, non ex arcis; inspiciet flumina transitus siccos refraenatis aquarum agminibus exhibentia; uidebit in quibusdam fidem cum igne luctantem, religione superatas feras, & in mansuetudinē conuersas, intuebitur, & animas ab ipsa morte reuocatas, considerabit etiam de sepulchris admirabiles ipsorum consummatorum iam uitas corporum redactas, & in his omnibus iam maius uidebit spectaculum, diabolum illum qui totum triumphauerat mundū, sub pedibus Christi iacentem. Quam hoc decorum spectaculum fratres? quam iucundum? quam necessarium? intueri semper spem suam, & oculos aperire ad salutem suam. Hoc est spectaculum quod uidetur etiam luminibus amissis, hoc est spectaculum quod non exhibet Praetor, aut Consul, sed qui est solus, & ante omnia, & super omnia, immo ex quo omnia, pater Domini nostri Iesu Christi, cui laus & honor in saecula saeculorum. Amen.

F.  
ONVPHRII  
PANVINII  
EREMITAE  
AVGVSTINIANI.  
DE TRIVMPHO  
ROMANORVM  
COMMENTARIVS.  
*CVM PRIVILEGIIS.*





VENETIIS, TYPIS IO. BAPTISTÆ CIOTTI SENENSIS.  
Sub Signo Auroræ. M. DC.







  
**F. O N O P H R I I**  
**P A N V I N I I**  
**E R E M I T A E**  
 A V G V S T I N I A N I,  
**D E T R I V M P H O**  
**C O M M E N T A R I V S.**



**D**E Triumpho, eiusque pompa scripturus, primum ab eius uerbi significatione scribendi initium sumam; Triumphus igitur etymologiam non omnes una ratione ueteres exponunt scriptores; Nam M. Varro libro v. de lingua Latina à Baccho triumphus inuentore tractum nomen putat, cui triumphantis cognomen fuit; milites enim cum Imperatore uictores redeuntes per Urbem in Capitolium eunti duci io triumphus clamitabant; quod nomen à *θριαμβος*,

Græca uoce, Liberi patris cognomine deriuatum est. Nam Bacchus quum post uictoriam Indicam primus triumpharet, milites eius ficorum folijs, quæ *θρίαμβος* dicuntur, vultus cooperuerunt, clamitantes io thriambe Bacche, io thriambe Bacche; unde Baccho cognomen inditum *θριαμβος* hoc est, triumphans. Sic milites Romani io triumphus Græcam in Latinam uocem uertentes dicebant. Itaque Liuius libro XLV. ait: Milites laureati triumphus nomine cient. Verba autem Varronis sunt hæc: Sic triumphus appellatur, quod cum Imperatore milites redeuntes clamitant per Urbem in Capitolium eunti io triumphus, idque à *θριαμβος* Græco Liberi patris cognomento potest dictum esse. Tranquillus autem ideo existimat dici triumphum, quod qui triumpharet, triplici iudicio honoraretur; Primo enim Exercitus de triumpho decernendo duci iudicabat; Secundo Senatus; Tertio Populus. Alij triumphum nomen Græcum esse putant, quod enim *θριαμβος* appellant Græci, Latini aspiratione ex prima in nouissima syllabam translata, & b. in p. mutata triumphum dixerunt. Erat autem triumphus inter honores omnes qui à S. P. Q. R. dari solebant, eximius. Pompa scilicet solemnissima, quam is, qui auspicijs suis hostibus prælio deuictus in Urbem cum incolumi exercitu redibat, Senatus primum decreto; post etiam iussu Populi conferebatur. Triumphum autem primum omnium post homines natos India debellata apud Græcos (ut dixi) Bacchus Thebanus Iouis, & Semeles filius instituit, qui & Liber pater dictus est, ut Solinus cap. LIII. scriptum reliquit. Quis autem apud Romanos primus triumphum egerit, parum inter scriptores conuenit, Dionysius enim libro II. Plutarchus in Romulo, & Messalla, Romulum huius instituti auctorem fuisse scribunt. Qui etiam illud tradunt, ab alijs quibusdam L. Tarquinio Prisco Regi hoc tribui, quos Florus, & Eutropius lib. I. sequuti sunt, & fortasse etiam Liuius, qui nullius Re-

*q. se petit Prati Sur  
 (on Triumphus) Arist.  
 Rom. p. de Rollin. tom.  
 VII. p. 286.*



gij triumphi meminit, nisi eius, quem L. Tarquinius Priscus ac Sabinis egit. Quam tamen controuersiam dirimit in Romulo Plutarchus, qui Priscum quidem primum fuisse putat, qui curulem in Vrbe triumphum inuexerit, sed qui triumphandi morem instituerit, Romulum. Is enim Acrone Ceninensium Rege interfecto, Canina, Antennis, & Crustumerio Sabinorum oppidis captis, pedibus triumphauit, non curru, ut Dionysius tradit. Quare Plutarchus Dionysium ipsum merito reprehendit, qui Romulum curru Urbem ingressum in triumpho scripserit, cum tamen minimè Romulus, sed aut Priscus, aut, ut alij tradiderunt, Poplicola Cōsul primus Urbem curru triumphi causa inuectus sit. Triumphorum porro duo genera fuerunt. Vnus maior, qui præcipuè Triumphus; Alter minor, quæ Ouatio appellata est. Ex triumphis maioribus Alij Terrestris, Alij Nauales. Ex Terrestribus Alij in Vrbe, Alij in monte Albano acti. Hi vero cuiusmodi, quæ primis, & quo anno, aut qua causa instituti fuerint, ac quid inter Triumphum, & Ouationem interfuerit, sigillarim paulo post demonstrabo. Quum autem triumphi honos omnium maximus stante Republica omnibusque communis semper fuerit; ea euerfa Imperatoribus tantum dari cœpit; atque pro triumpho triumphalia ornamenta ab Augusto Casare Populi Romani ducibus ob res bello præclare gestas decerni cœpta sunt. Quæ cuiusmodi fuerint, suo loco exponam; ante omnia autem de Triumpho maiore, qui præcipuè triumphus dicebatur, disseramus. Illud igitur in primis animaduersione dignum, diuersam triumphorum rationem fuisse. Nam re ab exiguis exorta initijs, tenues principio, exilesque triumphi fuerunt, deinde paulatim crescente Populi Romani dititione, ac potestate, ingentes, & opulentissimi fieri cœperunt. Ex gentium enim, & populorum deuictorum conditione uel tenuiores, uel sumptuosiores fiebant. Itaque quum primis illis temporibus exigua oppida in deditiōem Populi Romani uenirent, debiles erant, postea uerò quum integræ Prouinciæ, & Regna à Populo Romo, subacta sunt, sumptuosissimi fieri cœperunt. quod his uerbis docet Dionysius libro 11. Vrbe Cænina capta, arma tradi iussit, acceptisque; pueris oblidibus, quos uoluit, in Antemnas uertitur, palantesque eos, & dispersos ad prædam inopinato superuentu capit, eodemque modo de his, quo de prioribus decernens, exercitum domum reduxit; spolia etiam adducens bello capta, Deisque prædæ primitias consecrans, ac multa simul faciens sacrificia, ultimus autem ipse post pompam ibat purpurea ueste amictus, comamque lauro coronatus, & ut dignitatem regiam seruaret, curru quadriiugo inuectus; Aliæ uerò equestres, pedestresque copię sequebantur egregiè instructæ. Deos laudantes patrijs carminibus, ac ducem suum extemporalibus uersibus extollentes. Ex Vrbe uerò cuncti eis obuiam prodire cum uxoribus, & liberis, ex uextraque uia parte simul, & ob uictoriam gaudentes, & omnem præferentes comitatem: Utque Urbem inierunt, crateribus occurrunt uino plenis, mensisque omnium generum cibus refertis expositis ipsis apud illustres familias, ut paratæ essent uolentibus. Victoriofa igitur, & trophæaphora pompa, & immolatio, quam Romani triumphum uocant, prima à Romulo instituta, talis fuit. Aetate autem nostra sumptuosissima, & insolens, & ad ostentationem potius diuitiarum, quam ad uirtutis existimationem decantata omnem profusam formam exiit præcæ tenuitatis. Post pompam autem, & sacrificium Romulus templum in Capitolio Ioui Feretrio extruxit &c. Ceterum, ut Plutarchus scribit, eum, qui triumphabat Urbem ingredi pedibus primo mos fuit captiuis præcedentibus, & exercitu subsequente, ut fecit Romulus. Mox Tullus Hostilius equo uectus de Albanis, Fidenatibus, & Sabinis triumphauit. Idè fecit Ancus Martius, quum de Veietibus, & Sabinis uictis triumphum duceret. Primus quadriga usus secundo triumpho suo, quem de Hetruscis egit L. Tarquinius Priscus, uel, ut alijs placet, P. Valerius Poplicola Consul. Albis equis ad curum iunctis primus triumphauit de Veientibus M. Furius Camillus Dictator. Postea passim triumphalis pompa ita aucta est,

ut nihil speciosius in Vrbe uideri posset. Ego autem, quo ab antiquitatum studiosis gratiam aliquam ineam, hic apponere eius generis triumphorum, quos sumptuosissimos fuisse refert Dionysius, descriptionem institui, quam ex Iosepho, Plutarcho, Appiano, Zonara, & alijs plerisque scriptoribus excerptam hac ratione concinnaui. Rep. bene gesta, egregia uictoria parta, & rebus triumpho dignis actis, Populi Rom. dux statim à militibus Imperator appellatus, fasces laureatos per cursores in Urbem mittebat. Quum uerò ipse incolumi cum exercitu domum reuersus esset, Senatus ei intra Aedem Bellonæ, extra Urbem, in Cápō Martio dabatur, ubi quæ gesserat exponere, debitumque triumphum perere posset, nemini enim triumphaturo Urbem ingredi ante triumphum licebat. Tum si res ab eo gestæ triumpho dignæ Senatui uisæ fuissent, à Senatu primo, deinde à populo, quum Imperatoris nomen ei cofignatum esset, ei decernebatur, ut ei triumphanti Urbem inire liceret, diesq; certa triumpho statuebatur. Quod si Imperator, Dictator, aut Consul, uel Praetor non fuisset, atque ob eam causam imperium intra Urbem habere non posset, Proconsules enim, & Proprætores intra Urbem moenia cum imperio esse nõ poterant, tunc, quo triumphanti ei cum imperio Urbem ingredi liceret, lex Comitij Curiatij ferebatur de imperio eius ducis intra Urbem per diem, uel dies triumphij habendo: nam neque priuatis triumphare licebat; quæ lege lata, dieque triumpho decreto, Imperator triumphali habitu amictus, armillis sumptis, laurea redimitus, & ramum lauri dextra tenens, milites ad conuentionem conuocabat. Vbi militibus, & publicè, & priuatim laudatis, pecuniam donabat, & ornamenta, ut armillas, torques, hastas puras, idest sine ferro, coronas alijs aureas, alijs argenteas, expresso in his & nomine, & hominis præclare gestis. Nam qui murum primus conscenderat, aut oppidum expugnauerat, ei corona muralis, & obsidionalis dabatur; qui classe uicerat, corona rostrata donabatur; qui uerò ciuem in prælio, obsidione, aliouè periculo liberauerat, quum summam laudem assequeretur, tum ciuica honorabatur, quæma corona, cuius honos omnibus argenteis, & aureis præferebatur: qui uero equestri pugna uicerat, aliud ei quoddam pugnae equestris specimen fingebatur, quo ab Imperatore donaretur. Cui rei cognoscendæ non parum auxiliij afferet Epigramma L. Sicinij Dentati ex Varrone, Plinio, & Valerio Maximo libro III. cap. II. formatum, & in antiquis Epigrammatibus Urbis exaratum est ita.

L. SICINIUS, DENTATUS. TRIB. PL.

CENTIES. VICIES. PRAELIATUS. OCTIES. EX. PROVOCAZIONE. VICTOR. XLV. CICATRICIBVS. ADVERSO. CORPORE. INSIGNIS. NVLLA. IN. TERGO. IDEM. SPOLIA. COEPIT. XXXIII. DONATUS. HASTIS. PVRS. IIXX. PHALERIS. XXV. TORQVIBVS. III. ET. LXX. ARMILLIS. CLX. CORONIS. XXXV. CIVICIS. XIII. AVREIS. VIII. MYRAL. III. OBSIDIONAL. I. FISCO. AERIS. X. CAPTIVIS. XX. IMPERATORES. VIII. IPSIVS. MAXIME OPERA, TRIUMPHANTES. SECVTVS.

Porro autem hæc dona non uiritim, sed cohortibus, & legionibus integris præbebantur. Spoliorum pars inter milites distribuēbatur his exceptis, quæ triumpho seruabantur. Fuerunt etiam Imperatores, qui die triumphij populo Romano epulum, & congiarium dederint, sumptusque ad spectacula publica edenda elargiti fuerint. Quod supererat, uel in armamentarium, aut ærarium deferebatur, aut in fanam, porticus, ianos, atria, arcus, & alia publica opera conferebatur. His peractis, Imperator curram conscendebat, neque bellicis, neque ijs similem, quorum in Circensibus usus erat, sed instar turris rotundæ confectum, quemadmodum ex antiquis nummis, & Titi Imperatoris arcu Romæ intelligi, & cognosci potest. Interea, dum hæc extra Urbem



Vrbem ab Imperatore triumphaturo geruntur, Populus Romanus ipso triumpho die candidis uestibus amictus, omnibus circis, & locis circa forum, & alijs Vrbis partibus, per quas triumphans trāsturus erat, tabulatus ad hoc ex lignis cōpositis incidens sese ad spectandū triumphū preparabat, ita ut nemo penè ex infinita illa populi Romani multitudine domi remaneret: qui uerò in tabulatis consistere non poterant, ob frequentem ad spectandum conuenientem multitudinem, vix concessio necessario trāfitu per uari a vrbis loca discurrentes, vbi spectandis tantum Imperatoribus locus sufficeret, consistebant. Viā Vrbis, & Tempa aperta fertis, vaporibusquē suauissimis repleta erant. Ante omnia uniuersus Senatus obuius ibat usque ad vrbis portam duci triumphaturo, ibiquē paululum operiebatur, donec tempus triumphandi aduenisset, omniaquē triumpho insignia, & ornamenta disponerentur. Tum multitudo ministrorum baculos manibus gestantium ex medio dimouebant turbas, & vias apertas, ac sine impedimento plebis præstabant. Hinc pompæ initium uel à porta Capena, quæ triumphis vehendis commoda erat, uel ab ea, qua triumphans ingressurus esset, inchoabatur. Primo enim uniuersus Senatus Capitolium versus præibat: post Senatum Tibicines cum tubis clasticum resonantibus, fertisquē redimiti curus spolijs referros præcedebant; quibus tabulæ eburnæ, & æræ, colossus, signa, lignæ turres, & captarum Vrbium, Castellorum, montium, fluuiorum, paludum, marium, & omnium denique, quæ capta erant simulachra uehebantur, scripturis, imaginibusquē; adiectis gestorum seriem explicantibus; Deinde ferebatur aurum, argentum, & æs partim rude, & graue, partim quibusdam figuris impressum. Post tabulæ, & signa aurea, argentea, ærea, & eburnea uidebantur. Gemmarum quoque, purpuræ, coccy, uestium byssinarum, uel auro intextarum ingens copia. Item coronæ, quas virtutis ergo vrbes, aut focij, aut exercitus vrbi parentes, militibus dedissent, aureæ, & argenteæ, uel ex alia materia adducebantur. Sequebantur post hæc pulcherrima, & ornatissima gentium victarum arma, multis cūribus lata, aere, ferroquē absterfo, & polito splendentia, atque ita disposita, ut casu maximè sic cecidisse uiderentur. Erāt autem galeæ, scuta, thoraces, ocreæ Cretenses, peltæ Thraciæ, & Celtæ, pharetræ quæ, equorum frenæ, enses nudi, & gladij, sagittæ infixæ, arcusquē, pila, sarissæ, & cætera eiusmodi missilia, ita ut nec uictorum quidem absq; metu esset aspectus. Post armorum curus, aliquot uirorum millia sequebantur, qui in uasis argenteis nominata ferebant aurea, argenteaque. Alij uerò crateras, phylas aureas, calicesquē ornatissimos, & magnos certo ordine ferebant. Postea alij tibicines aderant, non mite, aut suaue, sed bellicum præcinentes. Post hos quinquaginta, aut centum, aut plus, uel minus boues iuxta triumphantis opes cornibus auratis, insulis, & fertis ornati ab adolescentibus popis succinctis ad immolandum ducebantur. Postea sequebantur pueri Camilli qui aureas, & argenteas pateras sacrificij causa deferebant; post, si eo bello capti essent, elephanti adducebantur. Omnes autem triumphorum ministri fericis, purpureisquē, & auro intertextis uestibus induti erant. Post hæc captorum Ducum, et Regum currus, arma, diademata super armis imposita uehebantur. Deinde hostium Reges, seu Duces cum filijs, fratribus, & sororibus, omnibusquē, si qui essent, familiaribus ueniebant lachrymantes, casumquē captiuitatis dolentes. Post hæc multa hostium millia manibus pone tergum reuinctis deducebantur, qui ex omnibus hostium exercitibus captis pulchriores, & elegantiores, uastioresquē, & prociore corpore selecti fuerant, atque ad triumphum exornandum seruari. Ferebantur etiam aureæ coronæ, quibus Imperatorem ipsum uirtutis ergo Vrbes in libertatem vindicata, seu focia ciuitates donauerant. Sequebatur deinceps Dux ipse, seu populi Romani Imperator, aurato curru à quattuor albis equis uectus, toga purpurea triumphali auro intertexta amictus, in capite lauream, seu auream lapillis, gemmisquē; ornatam coronam gestans, dextera Laurum, sinistra uerò eburneum sceptrum tenes

Imperatoris, currum si Pretor, vel pro Pretore fuisset, VI. si Consul, vel pro Consule, XII. si Dictator, vel Augustus XXIII. Lictores cum fascibus, & securibus laureatis, purpureis uestibus amicti præcedebant. Circum currum uero citharedorum, at tibicinum turba ueniebat, modulis elegantissimis concinnantes: hi succinti, coronisque aureis redimiti, suo quique ordine psallentes, canentesque, prodibant. Horum in medio stabat quidam talari ueste, fimbrijs, ac armillis auro splendentibus amictus, qui gestus uarios edebat, hostibusque deuictis insultans, risu undique ciebat. Postea thurris, & Arabum odorum suffimenta Imperatorem undique comitabantur. In ipso uero Imperatoris curru pone triumphantem quidam publicus minister uehebatur, coronam auream gemmis distinctam supra caput eius tenens, qui à tergo sæpe illud insufurrabat, quod refert Tertullianus in apologetico aduersus gentes, ET RESPICE POST TE, HOMINEM MEMENTO TE memorans, ne illa felicitate elatus humanæ conditionis obliuisceretur, sed reliquæ uitæ cursum præuideret, nec eo honore superbiret. Appensa quoque erat curru nola, & flagellum, quæ innuebant eum in tantas calamitates posse incidere, ut aut flagro cederetur, aut capitis damnaretur. Nam qui ob facinus extremo supplicio afficiebantur, nolas gestare solebant, ne quis inter eundem contactu illarum, piculo se obstringeret. Neque tamen Imperator solus eo curru uehebatur, sæpius enim in eodem triumphantis curru, adducebantur pueri, uirginesque puellæ, vel cognatorum filij, aut nepotes: Ad equorum uero habenas hinc inde cognati iuuenes, vel etiam ipsi insidentes, eos dirigebant, ut in triumpho Augusti Marcellum dextro, Tib. uero Nerone sinistro funali equo insidisse legimus. Si plures uerò erant, equis singularibus uictorem comitabantur. Cæterorum enim ciuium adequabat nemò, sed laureati omnes sequebantur. Post currum ministri primo, & scutiferi, mox legati Imperatoris, & tribuni, deinde exercitus omnis sequebatur, in legiones, cohortes, centurias, & manipulos distinctus. Erantque milites omnes laureis fertis redimiti, laurumque manibus sebebant, coronasque, quibus uirtutis ergò ab Imperatore donati fuerant. Hi currum Imperatoris triumphantis sequebantur, partim carmina patria salibus, & risu permixta, partim ducis laudes canentes, & quum hoc ordine ita processisset pompa, omnes in Capitolium per forum Romanum ascendebant, ubi Consules, & reliqui magistratus, & uniuersus Senatus Imperatorem triumphantem expectabat. Quum autem triumphans in forum Romanum uenisset, aliquot captiuorum duces in carcerem duci, occidique iubeat, ipseque deinde in Capitolium ire pergebat. Vbi cum uentum esset, antequam sacrificium inchoaretur, mos erat antiquis tantisper operiri, donec ipsius hostium ducis mortem quispiam nunciaret, quod postquam factum esse nunciatum fuisset, tunc taurorum, & aliarum hostiarum immolationes inchoari consuetudo erat. Quibus ritè peractis, donariisque quibusdam dedicatis, quum in porticibus ibi cænatus esset, uesperitibijs, & fistulis antecedentibus domum redibat, quem reliqui omnes ciues comitati, postea singuli ad propria diuertebant. Atque hic fermè erat amplissimorum triumphorum ordo, qui vel apparatores aliquando, vel etiam tenuiores erant, prout fuerant gentis, vel regis deuicti opes, & potentia, si enim plura spolia bello acquisita fuissent, ea ordine à me relato in triumpho ducebantur, si pauciora, eadem ratione post Senatum ante currum uictoris ducis deferebantur exercitu subsequente. Porro autem uno die singulos triumphos agi mos erat. Sed quum aliquando accidisset, ut propter prædæ, spoliorum, & gentium uictarum multitudinem pompa triumphalis uno die uehi non posset, ea in biduum, uel in triduum diuidebatur, ut factum est triumphis Macedonicis. T. Flaminij ex Philippo. L. Pauli ex Perse, Item Gn. Pompei Magni ex Mithridate. Duos Imp. uno curru triumphali uehi, quamquam unà bellum aliquod confecissent, nunquam inueni: singulis triumphos decerni mos erat. Primi omnium Rom. ducum Vespasianus Augustus, & Titus Cæsar Iudaicum triumphum uno curru uecti unà egerunt, post quos à sequentibus Imp. id aliquando usurpatum. Ius autem triumphandi non habebat, nisi is magistratus,



gistratus, cui lege curiata à Populo Rom. imperium permiffum erat, cuiusq; uicij  
 aufpicij id bellum gestum fuiffet: hi autem erant Rex, Dictatores, Confules, Procon-  
 fules, Prætores, & Propratores postremò Imperatores, & Cæfares. Moris autem  
 erat ab Imperatore fi Conful, aut Dictator non effet triumphum dafturo, Confules in-  
 uifari ad cœnam, deinde rogari, vt ueire superfedeant, ne quis eo die, quo ille trium-  
 phauerit, maioris in eodem conuiuio effet imperij.

Hæc ex Dionysio libro v. in triumpho Poplicolæ,

Iosepho libro vii. cap. xxiiii. de Bello Iudaico,

Valerio Maximo libro ii. cap. iiii. de iure triumphi,

Et Ioanne Zonara Historiarum Tomo ii. excerpta collegi.

Plutarcho in Vita Pauli A. milij.

Appiano Alexandrino in Lybico,

Serui super Virgilium,

De Triumphali pompa sic M. Cic. in L. Pisonem feribit; Differis de triumpho, quid  
 tandem fuisse currus? quid uicti ante currum duces? quid simulachra oppidorum?  
 quid aurum? quid argentum? quid legati in equis & tribuni? quid clamor militum?  
 quid tota illa pompa? quid vehi per urbem? Seruius quoque libro iiii. Aeneidos  
 super illud, Sola fuga nauitas comitatur quantes: Qui triumphat (inquit) albis equis  
 uehitur quattuor, & Senatu præeunte in Capitolio de tauris sacrificeat. Porro autem  
 quom animaduertimus triumphum omnium honorum apud Romanos maximum  
 fuisse, uerofimile est, plerosq; fuisse Imperatores, qui ob leuia prælia triumphos sibi  
 decerni desiderarint, quibus ut occurreretur, lege cautum est, ne quis triumpharet,  
 nisi quinque millia hostium una acie egediffet, non enim numero, sed gloria trium-  
 phorum excelsum urbis futurum deus maiores existimabant. Cæterum ne tam præ-  
 clara res cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adiutorio sulca est, quam L.  
 Marius, & M. Cato Tribuni plebis tulerunt. Pœnam enim Imperatoribus minati  
 sunt, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amifforum ciuium falsum numerum  
 in litteris Senatui ausi essent referre. Iubebatq; eos, cum primuni ad urbem aces-  
 sissent, apud quæstos urbanos iurare, de utroque numero uerè ab his Senatui esse  
 scriptum. Porro triumphi decernendi Senatus munus erat, vt apud omnes ueteres  
 auctores constat, & præsertim Peditanum in Cornelianâ: uerum & populus Senatus  
 consultum sciebat. In omnibus uerò bellis, uictis hostibus ius triumphandi sem-  
 per fuit eius, cuius Imperium maius erat, cuiusque aufpicij bellum gestum esset, etfi  
 bello absens fuiffet. Nam Prætozem, qui & ipse imperium habebat, aufpicij ta-  
 men Consulibus bellum gerentem, uiciffe inuenimus absente, aut etiam egro Con-  
 fule, ius tamen ob eam uictoriam triumphandi Confuli potiffimum adiudicatum ef-  
 fe: cuius rei exemplum nobis affert Valerius Max. libro iii. cap. iiii. de iure trium-  
 phandi de Q. Lutatio Confule, & Q. Valerio Falcone Prætoze, qui bello Punico pri-  
 mo, quum circa Siciliam insignem Pœnorum classem deleuiffet, consule Lutatio pu-  
 gnæ tempore in lectica claudo iacente, eiusdem tamen rei nomine Lutatio Confuli,  
 cuius aufpicij bellum gestum fuiffet, triumphum Senatus decreuit. Quem cum  
 Valerius sibi quoque decerni desideraret, negauit id fieri oportere Lutarius, ne in  
 honore triumphi minor potestas majori æquaretur: atque ita quam Prætor uiciffet,  
 triumphauit Consul cuius in eo bello auspicia fuiffent. Cæterum, inter uaria trium-  
 phandi iura erat & altera lex, quæ iubebat, vt tantum pro aucto imperio, non pro  
 recuperatis, quæ Populi Romani fuiffent, triumphus decerneretur. Quare Q. Ful-  
 uio de Capua recepta, L. Opimio de Fregellanis ad deditionem compulsis, P. Sci-  
 pioni ob recuperatas Hispanias, & M. Marcello ob captas Syracusas ius triumphan-  
 di ab ampliffimo ordine summa obseruandi eius iuris diligentia negatum est: om-  
 nes quidem editis operibus magnifici, sed rei petite nequaquam compotes. Mar-  
 celli

celli etiam, & Scipionis repulſis alia cauſſa adiuncta, quòd ad eas res gerendas cum Imperio tantum, ſine ullo miſſi eſſent magiſtratu. Aliud quoque in triumphis ius diu obſeruatum eſt, ut, quamuis quis præclaras res, maximeque Reipublicæ utiles bello ciuili geſiſſet, Imperator tamen ab exercitu eo nomine appellatus non eſt, neque; ullæ ſupplicationes ei à Senatu decretæ ſunt, neque aut ouans, aut curru triumphauit, quia ut neceſſariæ iſta, ita lugubres ſemper exiſtimatæ uictoriæ ſunt, utpote non externo, ſed domeſtico partæ cruore. Itaque & Naſica Ti. Gracchum, & Opimius C. Gracchi factionem mœſti trucidarunt. Neque Q. Carulus de M. Lepido collega cum omnibus copijs ſeditioſis extincto, aut C. Antonius de L. Catilina ceſſo, uel L. Sulla, qui plurima bella ciuilia confecit, de C. Mario, L. Cinna. C. Carbone, & L. Norbano, ulla ratione triumphare uoluerunt, Sulla quoque cum conſummata, ac conſtructa potentia ſua, triumphum duceret, ut Græciæ, & Aſiæ multas Vrbes, ita ciuium Romanorum oppidum nullum uexit. Cuius rei etiam laudem Senatus nulli unquam dedit, nec quiſquam ſibi dari deſiderauit ciuitatis parte lachrymante. Hunc morem pleroſque Romanos Imperatores Auguſtos obſeruauit memorie proditum eſt. Neque enim C. Ceſar Dictator de Gn. Pompeio ex prælio Phariſalico, Octauius, & Antonius de Bruto, & Caſſio, Auguſtus ipſe de M. Antonio, Vitellius de Othone, de Vitellio Veſpaſianus, de Auidio Caſſio Marcus, aut denique Seuerus de Peſcennio Nigro, uel Clodio Albino Imperatoribus contra ſe creatis triumphare uoluerunt. Vetus etiam conſuetudo erat, ut quum populi Romani ducem res proſperas geſiſſe Romæ nuntiatum eſſet, ſtatim ei à Senatu in aliquot dies ad omnia templa publicæ ſupplicationes fierent, quas C. Ceſari bello Gallico occupato frequenter decretas fuiſſe in eius Commentarijs legimus. Atque hæc ferè ſunt, quæ de triumpho maiore, ſiue curuli apud Veteres ſcriptores extare didicerim.

#### DE TRIUMPHO NAUALI.

Triumphorum autem (ut dixi) alij terreſtres, alij nauales erant, alij Romæ, alij in monte Albano acti. Ad triumphos autem terreſtres, & Romæ actos, quæ ſupra factis abundè diximus, pertinent. Cuius primus apud Romanos inſtitutor fuit Romulus. Triumphum uerò naualem, qui concedebatur Imperatori, qui claſſem hoſtium ſuperaret, de Pœnis primus apud Rom. egit Anno Urbis CDXCIIII. Duilius conſul. Cuius rei ita meminit Florus ex Lii in Epitome lib. xvii. C. Duilius Conſul aduerſus claſſem Pœnorum proſperè pugnauit, primusque omnium Romanorum ducum naualis uictoriæ duxit triumphum, ob quam cauſſam ei perpetuus quoque honos habitus eſt, ut reuerenti à cœna tibicine canente ſunale præferretur. Hanc rem ita tradit Polybius. Cn. Cornelius Conſul claſſi præfectus, omnibus nauibus, ubi perfectè eſſent, ad fretum uenire iuſſis, ipſe cum XVII. Meſſanæ contendit, inde quum paratis neceſſarijs rebus quadam oblata ſpe, aliquanto celerius, quam neceſſe erat, Liparas cum XVII. nauibus conceſſit: ibi ab Hannibale Pœnorum Duce concluſus, & captus eſt. Hannibal cum claſſem Romanorum ſpeculandam iret, atque improuiſo in eam inſtructam incidiſſet, magna ſuarum nauium parte amiſſa, ipſe uix uiuus fugit. Hijs rebus audijs C. Duilius pedeftribus, quibus præerat, copijs tribunis militum traditis, ad claſſem ſe contulit, ac Pœnos nauali prælio congreſſus deuicit. Hannibal uix Carthaginem incolumis redijt. Et Florus lib. II. cap. II. Duilius uictor ad Liparas meſſa, & fugata hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum, cuius quod gaudium fuit? Quum Duilius Imperator non contentus unius diei triumpho, per uitam omnem ubi à cœna rediret, præluceſcere ſunalia, & præcinere ſibi tibias iuſſit, quaſi quotidie triumpharet. Itaque apud Ciceroſum Cato

b ita

*q. Nallin hiet. Roma -  
tom. V. p. 83. et seq.*



ita loquitur, C. Duilium M. F. qui Pœnos primus classe deuiccrat, redeuntem à cœna senem sæpe uidi puer, delectabatur crebro funali, & tibicine, quæ sibi nullo exemplo priuatus sumpserat: Tantam licentiam dabat gloria. Eadem Eutropius lib. II. Orosius libro IIII. cap. VII. Valerius Maximus libro III. cap. VI. Plinius libro XXXIII. cap. V. Cornelius Tacitus lib. II. Auctor de uiris illustribus, & Frontinus Stratag. lib. XV. cap. VI. Duilio autem ob naualem hanc uictoriam statua cum columna rostrata in Foro Romano decreta fuit, cuius meminit Plinius libro XXXIII. cap. I. & Quintilianus lib. I. cap. de Orthographia. Eius autem basi inscriptio antiqua illa scribendi ratione incisa erat, quam superioribus annis in Capitolinis Urbis ruinis repertam, quantum licuit ex auctoritate ueterum scriptorum ab Antonio Augustino Merdensi Episcopo, Carolo Sigonio, & Fuluio Ursino suppletam, nos hic imprimendam curauimus. Triumphos nauales celeberrimos inter ceteros post C. Duilium egerunt Q. Lutatius, qui & ipse Pœnicam, & Gn. Octauius, qui Macedonicam, classes superarunt. Quos in omnibus terrestribus triumphis similes fuisse existimo, nisi quod uictoris duis curum præcederent nauium, & triremium uictarum simulachra, item curus rostris nauium harpagonibus, remis, & cæteris maritimis instrumentis eo bello captis onusti. In reliquis uerò cum triumpho terrestri conueniebat.

DE TRIUMPHIS EXTRA VRBEM, VEL PRÆTER VETEREM  
consuetudinem actis,

De Triumphis autem in monte Albano actis, & eius instituti causa, hæc quæ dicam, habeo. Valerius libro III. cap. VI. Papirius Maso, quum benegesta Republica triumphum à Senatu non impetrasset, in Albano monte triumphandi, & ipse initium fecit, & ceteris postea exemplum præbuit, pro quæ laurea corona, quæ alicui spectaculo interesset, myrtea usus est. In Capitolinis quoque triumphorum tabulis ita notatum est.

C. PAPIRIVS. C. F. L. N. MASO. COS. AN. DXXII. DE. CORSEIS. PRIMVS. IN. MONTE. ALBANO. III. NONAS. MART.

Et Plinius libro XV. cap. XXIX. L. Piso tradit, Papirium Masonem, qui primus in monte Albano triumphauit de Corseis myrto coronatum Ludos Circenses spectare solitum: Auus maternus inferioris Africani fuit. Sext. Pompeius: Papirius (inquit) myrtea corona usus est, quod Corfos in campis myrteis superasset. Exemplum Papirij securus est M. Marcellus, qui uictis Syracusanis, quum triumphum ei Senatus negasset, & ipse postea in monte Albano triumphauit. Distat uerò hic mons ab Urbe millibus passuum XII. M. uerò Antonius III. Vir R. P. C. Arrabaxe Armeniorum rege prodicione potius, & dolo, quam aperta ui superato in Cleopatram gratiam Alexandriam catenis aureis uinctum in triumphum duxit, solusque omnium Romanorum ducum fuit, qui extra Italiam ante Urbem Constantinopolim conditam triumphauit. Quæ res Populum Romanum moestitia affecisse tradita est, quum optima, & præcipua patriæ suæ ornamenta scorti Cleopatram gratia Aegyptijs quoque impartiri ab Imp. Romano uiderent. Ceterum Urbem Constantinopoli à Magno Constantino Imperatore condita, aliquando in ea ab Imperatoribus Romanis triumphatum fuisse legitur, ut paulo post demonstrabo. Aurum autem, argentum, & es, & cetera spolia de hostibus capta, atque in triumpho adducta, Senatus, Populi que Romani erant, ea que in publicum ararium reponebantur, extractis tamen prius expensis, quæ in triumpho pompa fiebant. Publicis enim sumptibus triumphari mos erat. Primus autem priuatis sumptibus triumphauit Ap. Claudius Pulcher de Salassis ex alpinis anno Urbis DCX. Quum enim uel tot millia hostium non occidisset, quot ad iustum triumphum agendum necesse essent, uel propter uictæ gentis inopiam parum auri, uel argenti, aut æris

Cum Priuilegijs.



C. Duilio, M. F. M. N. Consol. . . . .  
 SegestAN. Opidom . . . . .  
 obidioneD. EXEMET. LECTIONES Romanas periculo  
 MAXIMOSQVE. MCISTRATOS. Liberauit. ciuium  
 m. NOUEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACELam. vrbem.  
 puCNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM. MACISTRatu  
 REM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS. Cessit  
 CLASESQVE. NAUALES. PRIMOS. ORNAVET. PALmaa.  
 CVMQVE. EIS. NAVEBVS. CLASEIS. POENICAS. OMnes  
 SVMAS. COPIAS. CARTACINIENSIS. PRAES. ENT. E. Hannibale  
 DICTATORED. OLOROM. IN. ALTOD. MARID. PVCnandos. cur  
 quinqVE. NAVEbas. EI. CVM. SOCIEIS. SEPTERemem  
 biremosQVE. TIREMOSQVE. NAVEIS. X. cepit  
 aurOM. CAPTOM. NVMEI. CD CD CC  
 argentOM. CAPTOM. PRAEDA. NVMEI. CC  
 CAPTOM. AES. CC CC CC CC CC CC CC CC  
 idOQVE. NAUALED. PRAEDAD. POPLO. Numos. domcet  
 . . . . . CARTACINIENSI. N. . . . . NVOS. L. . . . .  
 . . . . . EI . . . . . CAPT





in ararium detulisset, ob idque ei à Senatu triumphi impensæ negatæ fuissent, priuatis sumptibus triumphauit, honoris magis, quam diuitiarum habita ratione. Quum autem (ut dixi) de triumpho agendo primo Senatus, deinde Populus decerneret, sæpe usu uenit, ut aliquot Imperatores apud alterutram ciuitatis partem minus gratiosi, uel tantum iussu Populi, iniussu uerò Senatus, aut ex S. C. sine Populi iussu triumpharint. Primus P. Seruilius Priscus Consul anno Urbis CCLVIII. de Volscis sine S. C. triumphauit, ut tradit Dionysius. Primi quoque omnium non solum sine S. C. sed inuitis patribus Populi tantum iussu triumpharunt Consules L. Valerius Potitus de Æqueis, & M. Horatius Barbatus de Sabinis anno Urbis CCCIII. Et è conuerso Virgo Vestalis Claudia Fratrem iniussu populi triumphantem ascenso simul curru usq; in Capitolium profecuta est, ne uetare aut intercedere fas cuiquam, tribunorum esset. Ita Tranquillus in Tiberio cap. II. sed pauca admodum eiusmodi exempla reperiuntur. Atq; hæcenus de triumphis maioribus, nunc de Ouatione siue triumpho minori differamus.

### DE O U A T I O N E.

Ouationem, quam Dionysius lib. v. & Plutarchus in Marcello, minoris triumphi genus esse memoriæ prodiderunt, ab oue dictam putat Plutarchus, quam, qui hoc triumphi genere ornabantur, sacrificabant, quemadmodum qui maiorem triumphum agebant, taurum in Capitolium uenientes immolabant. Plutarchi sententiam sequutus est Seruius Grammaticus in lib. III. Æneidos super illud. Sola fuga nautas comitabor ouantes. Vbi ita ait. Qui ouationem meretur, uno equo utitur, & à plebeis, uel equitibus Romanis deducitur in Capitolium, & de ouibus sacrificat, unde, & ouatio dicta. Qui autem triumphat, albis equis utitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio de tauris sacrificat. Sext. autem Pompeius ouantes, inquit, lætantes dicuntur ab eo clamore, quem faciunt redeuntes à pugna uictores milites, geminata ò littera; quod idem etiam Dionysio placet, qui ait, quasi uerò Romani (euastin) Græcorum uocem, quæ clamorem significat, ouationis nomine uoluerint interpretari. Erat autem ouatio minor (ut dixi) triumphus, qui agebatur, quum belli duces rebus quidem prosperè gestis, non tamen ita magnis, ut iusto triumpho dignæ essent. Nam ex S. C. ouantes pedibus primum, deinde non curru, sed uno equo uecti Urbem ingredi solebant. Differt autem ouatio à triumpho (ut ait Dionysius lib. v.) quod qui ouans ingreditur, is nec curru uectus, nec sceptrum in manu tenens, nec trabeam, uel togam pictam, aut aurei clauis uestem, (qui peculiaris Consulum amictus) indutus pedibus urbem exercitu præeunte inire. Plutarchus autem eundem nec quadrigis inuectum, nec laurea coronatum, nec tubis concinentibus, sed pedibus, & calceis myrtea redimitum tibijs modulantibus urbem inisse tradit. Myrtea autem eos potius esse usos, quam (ut ait Dionysius) laurea, Plutarcho assentior, quòd idem etiam traditum sit à Plinio, Sexto Pompeio, & Gellio. Plinius enim lib. xv. cap. xxix. Triumphauit inquit de Sabinis Postumius Tubertus in Consulatu, qui fuit primus omnium ouans, quòd sine cruore rem gessisset, myrto Veneris uictricis coronatus incessit, hæc postea ouantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitiuis, & Spartaco laurea coronatus incessit. Et Sext. Pompeius: Ouatis corona est myrtea, quam habebant, qui ouantes introibant, quum bella non essent indicta, aut sine sanguine confecta. Idem & Gellius refert. Hoc autem triumphi genus primum anno CCLI. P. Postumio Tuberto II. & Agrippa Mennio Coss. institutum fuisse, ex Licinij annalibus docet Dionysius lib. v. Cur autem hoc factum fuerit, non eandem causam Dionysius, & Plinius afferunt. Hic enim, quia Postumius leuiter, & sine cruore rem gesserat; ille ex prælio antè infelicissimè factò, in quo plurimè ex suis amissis, parum absuit quin ipse cum cæteris in fuga caperetur. Pedibus autem, an equo uecti ouantes ingrederentur, magna questio esse uidetur, de



qua sic etiam scribit Gellius, lib. v. cap. vi. Prætereundum non est, quod ad ouationem attinet, super quo dissentire ueteres auctores scio, partim enim scripserunt, qui ouaret introire solitum equo uehente. Et Sabinus Massurius pedibus ingredi ouantes dicit, sequentibus eos non militibus, sed uniuerso Senatu. Ita etiam Dionysius pedibus ingressos, Linius, & Dio, equo uectos intelligunt. Etenim ouantem ingredi, equo uehi Dio appellat, quum de Cæsare Dictatore, Antonio, Augusto, Druso, & Nerone loquitur. Dionysius uerò, pedestrem triumphum ouationem uocat, dum de A. Manlio anno CCXXC. Ouante disserit. Quam ego controuersiam sic dirimi posse existimo, in itio quidem ouantes pedibus, postea uerò equo uectos Urbem ingredi consueuisse. Ouandi autem, & non triumphandi has causas lib. v. cap. vi. affert Gellius. Quum autem bella non ritè indicta, neq; cum iusto hoste gesta sunt, aut quum hostium nomen humile, aut non idoneum est, ut seruorum, piratarumq;, aut ditione repente facta (sine puluere ut dici solet) incruentaq; uictoria obuenit. Cui facilitati aptam esse Venetis frondem crediderunt, quòd non Martius, sed quasi Venereus triumphus quidam foret. Hanc myrteam coronam M. Crassus bello fugitiuorum consecuto, quum ouans rediret, insolenter aspernatus est, Senatusq; Consultum faciendum per gratiam curauit, ut lauro, non myrto coronaretur. Adijcit Plutarchus, cum uerbis, & comitate res cum hostibus transacta, & bene gesta esset, tum ut ouantes inirent, fuisse permissum. His adde, aut ob inducias factas, aut quum in aliena prouincia, aut alienis auspicijs, aut quum sine magistratu res gesta esset, ut de A. Manlio apud Dionysium anno CCXXC. de C. Nerone apud Linium; de Valerio Falcone, apud Verium Flaccum; & de M. Marcello apud Valerium & Lium, factum refertur. Illud etiam animaduersione dignum est, quod Massurius Sabinus apud Plinium lib. xv. cap. xxix. scriptum reliquit, eos qui curru triumphabant, aliquando myrtea corona usos fuisse, M. etiam Valerius Volusus vir triumphalis duabus coronis utebatur laurea, & myrtea. Hæc autem sunt quæ de ouatione hinc inde collecta in unum congregaui, cuius usus potissimum Romæ usq; ad Neronis Imp. tempora mansit. Haud enim facile si ab uno, aut altero recesseris, vllum post Neronem inuenies, qui urbem ouans inierit.

#### ITEM DE TRIUMPHO,

Triumphum autem maioris usum usq; ad Iustiniani tempora permansisse satis liquet. Nouissimus enim omnium, quod sciam, Iustiniani Imp. auctoritate triumphauit Fl. Belisarius V. C. Africa recepta, de Vandilis, & eorum Rege Gilimere, more ueteri, curru quadriugo in Urbem Constantinopolim uectus. Post quem neminem amplius de more prisco triumphasse inueni, quum post ea tempora Imperium Romanum non solum vllum incrementum habuerit, sed in præceptum pronum ab Arabibus, & Sarracenis, Hunnis, Bulgaris, & Longobardis postremo laceratum sit, & euersum. Trecentos porro, & circiter quinquaginta triumphos, & ouationes à Romuli temporibus usq; ad Iustiniani Augusti tempora actos fuisse, varia, longa, & difficili obseruatione inueni. Quum enim CCCXX. actos fuisse triumphos à Romulo usq; ad Vespasianum referat Orosius, ego circiter XXX. alios triumphos à Vespasiani Imperio subsequentes Imperatoribus usq; ad Belisarium deprehendi serè omnes à Romanis principibus gestos. Quidam referunt Heraclium Imperatorem post deuictos, & ad internicionem ferè cæsos Persas, ipsorumq; rege Chosdroe occiso, quum ingrederetur Hierosolymam sanctissimæ crucis parte recuperata, triumphasse; quod mihi magis triumphum vmbra videtur, quam iustus Triumphus. Nam nec curru uectus, nec cum insignibus triumphalibus processit, sed tantum uictoria potius, antiqui triumphum vmbra quamdam ostendit. Cæterum de CCCXX. triumphis à Romuli tempore ad Vespasiani Augusti Imperium actis, his verbis Orosius lib. vii. mentionem facit. Vbi autem Vespasianus, & Titus

*Pendant de la suite*

& Titus Imp. magnificum agentes de Iudæis triumphum, Urbem ingressi sunt, pulchrum, & ignotum autē cunctis mortalibus inter CCCXX. triumphos, qui à condita Vrbe, vsq; ad id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit, patrem, & filium vno triumphali curru uectos, gloriosissimam de his, qui patrem, & filium offenderant, victoriam reportasse. Triumphus verò honor Romæ vsque ad Augusti Imperium frequentissimus fuit, sub quo et eum multi sunt duces adepti. Nam plus quàm xxx. ducibus nisi in verbo error sit, (vt inquit Tranquillus) iustos triumphos decernendos curauit. Post Augusti tempora Romanis iam toto ferè terrarum orbe uictoribus, rarè admodum Romæ triumphatum est. Quum enim terra, mariq; pace parta undique iam bella cessassent, & omnes ferè orbis terrarum nationes, & gentes, vel Imperio Romano parerent, vel federe coniunctæ essent, pauca admodum triumphorum materiæ reliquæ fuerunt, si quidem, intra DC. annorum interuallum, quod inter Augustum, & Iustinianū fuit, uix quinquaginta triumphus acti sunt, quum præcedentibus temporibus intra annos paulo plus DCC, trecentos ferè triumphos duces populi Romani adeptos fuisse conftet. Quod si aliqua bella oriri contigisset, vt Parthica, Germanica, & Persica (hæc n. præcipuè gentes Romano Imperio infeliciores erant) ea ab Imperatoribus administrantur, qui aliquando duo, & tres, pari præditi potestate erant, eorumq; auspicijs à priuatis ducibus, vel eorundem legatis gerebantur; quare soli Imperatores de uictis gentibus triumphabant; Quod si aliquando usu uenisset Romanos Principes pluribus, difficillimisq; bellis insurgentibus, priuatos duces ad ea suis auspicijs gerenda mittere, eis post adeptam uictoriam non amplius triumphum debitum cõcedebant, quorum pompam sibi ipsis retinere ceperunt, sed triumphus loco, quem in Republica libera omnino meruissent, triumphalibus ornamentis nouo, & tenuiore honoris genere ab Augusto excogitato eos honorabant. Porro autem sub Augusto Cæsare triumphali ornamentorū usus pro triumpho hac ratione primum, vt lib. LV. tradit Dio, inuentus est.

#### DE TRIUMPHALIBVS ORNAMENTIS.

Anno Urbis conditæ DCCXL. Cn. Lentulo, & M. Crasso Consulibus, Eosphoros, qui Afandro mortuo, à Scribonio quodam sollicitati fuerant, subactos ab Agrippa tradit Dio. Eidemq; propterea supplicationes Romæ esse, atq; triumphum decretum; quem tamen ab ipso non esse actum, quia de rebus gestis nihil ad Senatum scripserat. Ex quo tempore (inquit) reliqui exemplum eius quasi legem quandam secuti, nec publicè litteras miserunt, neque triumphum obtinuerunt; ac propterea nemini alij pari dignitate triumphus in posterum, sed triumphalia tantum ornamenta decreta sunt; ita Dio. Agrippam autem honorum nimia satietate affectum, triumphum recusasse crediderim, cuius postea exemplum quum alij secuti essent, rem casu ortam, Imperatores sequentes pro lege usurparunt, triumphique decus, quod omnium maximum erat, sibi ipsis retinuerunt. Quum n. Reipublice principes, & domini essent, tanto honore solos se dignos existimabant, idque fortassis præcorum regum Romanorum more, sub quibus neminè præter Reges triumphasse animaduertimus; ut n. Imperio, & dignitate ceteros Senatores anteibant, ita quoq; triumphandi iure, honore omnium maximo illis interdicto, præstare inter alios uoluerunt. Duces quoque, qui Cæsarem tempore fuerunt, inuidiam maximi honoris uitaturi, rebus egregiè gestis, triumphus mentione omissa, triumphalibus ornamentis contenti erant. Hæc autem fuerunt Supplicationes decretæ, Appellatio Imperatoris, Laurea corona, Prætexta siue trabea triumphalis, Sceptum, statua, sacrificia, & cætera triumphantium insignia, curru tamen intra Urbem non uehebantur, neq; consuetam pompam agebant. Qui honor usq; ad Constantini Imp. tempora permansit. Post quæ cum triumpho paulatim obliterari cepit. Ceterum ego, quemadmodum de triumphis feci, ita & in his, qui ornamentis triumphalibus



phalibus ornati essent, digerendis multum laboraui. Quos tamen non nisi vsq; ad Domitiani Imperatoris tempora inuenire potui. Reliqui enim deinceps obscuri sunt, & incogniti; & librorum auxilio destitutus, qui fuerint ne suspicari quidè potuerim. Hæc autè sunt quæ de ornamentis triumphalibus, eorum caussis, & inijtjs inuenire potuerim,


DE SPOLIIS OPIMIS, QUÆ A TRIUMPHANTIBVS  
relata, & suspensa sunt,

Finitimarum Vrbi gentium animis ob raptarum virginum iniuriam irritatis, Ceninenses primi non expectato ceterorum populorum subsidio, cum eorum rege Acronè in agrum Romanum impetum fecere. Quibus effusè vastantibus, obuius factus cum exercitu Romulus leui certamine eorum exercitum fudit, fugauitq; sussum persecutus Regem eorum Acronem in prælio obruncatum spoliavit. Duce hostium occiso, Urbem primo impetu cæpit, inde exercitu victore reducto in Urbem ea ratione, de qua supradixi. reuersus primus Romæ Liberi patris exemplo victore reducto exercitu triumphum, seu potius triumphum umbram Romanis ostendit. Hicq; primus Romæ triumphus actus est. Qui cum triumphans in Urbem reuerteretur, spolia occisi hostium ducis Acronis suspensa, fabricato ad id apto ferculo gerens, in Capitolium ascendit, ibiq; ea quum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designauit templo Iouis fines, cognomenq; addidit Deo: Iupiter Feretri, inquit, hæc tibi uictor Romulus Rex regia arma fero, templumq; in regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem opimis spolijs, quæ regibus, ducibusq; hostium cæsis me auctore sequentes posterius ferent. Hæc autem Templi est origo, quod primum omnium Romæ sacratum est. Ita deinde Dijs uisum est, nec irritam conditoris templi uocem esse, qua laturus eò spolia posteros nuncupauit, nec multitudine compertum eius doni vulgari laude, bina postea intra tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia, adeo rara eius fortuna decoris fuit. Ita lib. 1. Liuius. Eadem referunt Dionysius lib. 11. Mesaia lib. 1. Valerius Max. lib. 111. cap. 11. Plutarchus in Romulo. L. Florus lib. 1. Auctor libri de uiris illustribus. Eusebius in Chronico, & Orosius. Cæterum de spolijs opimis à Romulo, Acronè Ceninensium Rege occiso relatis, ideo hoc loco scripsi, quod in Capitolinis triumphis animaduertitur tertiorum spoliolorum, quæ M. Marcellus anno DXXX. retulit, mentione fieri, de quibus hæc tradita fuisse à veteribus scriptum inueni. Spolia opima, id est ampla, & magnifica ea erant, quæ dux Populi Romani hostium duci detraxit, quorum auspicijs bellum utrinq; gereretur. Dicta ut Varro lib. 111. de lingua Latina tradit, ab ope, vel ut Plutarchus in Romulo scriptum reliquit, ab opere rei geste, quum sit opus egregium, & clarissimum ducem belli parè sibi ductorem singulari certamine superare. Varronis sententiã Sex. Pompeius secutus uidetur, qui ita scribit: Opima spolia dicuntur, originè quidem trahentia ab Ope Saturni uxore, quod ipse Saturnus agrorum cultor habetur, nominatus à fatu, tenensq; salcem effingitur, quæ est insigne agricolæ. Itaq; illa quoq; cognominatur Consiua, & esse existimatur terra, ideoq; in regia colitur à Populo Romano, quia omnes opes humano generi natura tribuat, ergo, & opulenti dicuntur terrestribus rebus copiosi, & hostiæ opime, præcipue pingues, & opima, magnifica, & ampla. Vnde spolia quoq; quæ dux Populi Romani Duci hostium detraxit, opima dicuntur. Quorum tanta raritas est, ut intra annos paulo minus DXXX. tantum trina contigerit nomini Romano. Vna, quæ dux Romulus de Acronè. Altera, quæ Cossus Cornelius de Tolumnio. Tertia, quæ M. Marcellus de Viridumaro fixerunt. M. Varro ait opima spolia esse etiam, si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium detraxerit. Quod autem omnia solita non sint ad ædem Iouis Feretrii poni, testimonio esse libros Pontificum, in quibus pro primis spolijs boue, pro secundis suoue taurilibus, pro tertijs agno publico fieri debere. Esse etiã Pompilij Regis legè opimorum spoliolorum

spoliorum talem. Cuius auspicio classe prociucta opima spolia capiuntur, Ioui Fe-  
 retrio dari oporteat, & bouem cedito, qui cepit aris CC. Secunda spolia in Martis  
 aram in campo, suoueraurilia uera uoluerit cedito. Tertia spolia Iano Quirino a-  
 gnium marem cedito C. qui ceperit ex are dato, Cuius auspicijs capta dijs piaculum  
 dato. Ita Sex. Pompeius. Quod uerò apud Sextum Varro scribit, ea opima spolia e-  
 tiam esse, quæ manipularis miles detraxit, dummodo hostium duci detraxerit, id ne-  
 quaquam obseruatum fuisse uidetur. Nam P. Scipio Æmilianus in Hispania, & M.  
 Licinius Crassus sub Augusto in Thracia duces hostium interfecerunt, quod quia alie  
 nis auspicijs militabant, spolia opima non retulerunt. Seruius postremò exponens  
 illum Virgilij uersum, Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino. Prima Ioui.  
 Secunda Marti. Tertia Quirino dicata fuisse ex lege Numæ Pompilij scribit.  
 Idem in Marcello docet Pintarchus.

F I N I S.









ORNATISSIMI TRIUMPHI VTI L. PAVLLVS  
 de Rege Macedonum Perse capto, P. Africanus Similianus de  
 Carthaginiensibus excisis, CN. Pompeius Magnus ex oriente Julius,  
 Augustus, Vespasianus, Traianus, et alij Imperatores Romani triumphantes  
 ex vetustis lapidum nummorum et librorum monumentis accuratissima  
 descriptio. Onuphrij panuiniij Peronenis inuentoris opera,  
 et aeneis formis. Venetijs Anno salutis 1613. Gr. XIII.  
 Papa Cum Priuilegijs pontificijs Caesaris Regum, Republica  
 Venetae, et ducum



Allocutio Imperatoris Triumphatum ad  
 uictorem exercitum, et militarium  
 donorum pecunia, coronarum armillarum hastarum  
 pinarum, et similiarum



Primum sacrificium militare Dy ante triumphum ad portam Urbis a Triumphaturo celebratum



Coronarum militarium  
 Romanarum signorum uirtutis ego donatae

Porta Triumphalis





IMPERATORI

CAESARI·DIVI



Tabulae signa aurea, argentea, aerea, eburnea Gemmae purpura, coccyus, byssus, uestes  
 Gentium uictarum arma pharetrae, Galeae scuta, thoraces  
 frena, enfes Gladij signa



Exercitus populi Romani in legiones, cohortes,

centurias et manipulos distributus

A












FERDINANDI AVGVSTI FILIO MAXI MILIANO



Aurum, argentum, aes rude, et aliquot signis impressa  
 Ocreae cretenses pelta Threyciae et celticae Sarissae  
 sagittae, arcus, pila



Legati, Tribuni, exercitus duces

1910





II AVSTURIO PIO



Tabulae eburneae, et aereae, colossus, signa. Captarum orbium, montium, fluviorum, et marium simulachra.

Vasa aurea, argentea



Tubicines




Ministri et Scutiferi

Propinqui Tuca, et unghani

B











FELICI · PERPETVO · AVGVSTO · OPTIMO · FORTISSIMO · QVE · P



Tubicines



Senatores



Tubicines



Hostiae, popae, Victimarij



Suavissimorum odorum Suffimenta



Tubicines Cytharocedi phonaosci



Impera





PRINCIPI OPVS DICATVM



Magistratus

Lictores

Ministri turbam baculis submoentes



Camilli et flaminij



Elephantigentium



tor, triumphans

Is qui victis  
triumphantem monesat  
insulabat

C
















Templum Iouis Capitolini

Conquarum populo Romano Datum



ptorum

Reges captivi cum familia filijs filiabusque suis



Corona a prouinis Imperatori triumphantis donatae

Genes bello capti





---

RARE 85-B  
FOLIO 7667



